Geographia.

Mathiae de Miechow. Tractatus de duabus Sarmatiis. Crac. Jo. Haller. 1517.

Tractatus de duabus Sarmatijs Asiana: ⁊ Europiana ⁊ de contentis in eis.

¶Reuerendiſſimo patri & dño, dño Stanislao Turſoni, Antiſtiti Olomunceñ. Mathias de Miechow artiũ & medicine doctor, canonicus Cracouieñ, p ſui exilitate famulatũ ppetuũ cũ orõibus, & celeſtis glorie fruitionẽ phennem.

Dignissime preſul, plures ſcriptorũ orbẽ terrarũ lucubratiõibus ſuis & elucidatiõibus exararũt, Sarmatias vo tanq̃ incognitas prætuecti dimiſerũt. Qui aũt aliqcpiã de ipſis poſteris ſcriptis carminibuſue relinqre curarũt, indiſtincte & antiqtate premente, tanq̃ in media nocte, obſcure dixerũt. Et qđ intollerabili' eſt, multa ficta & fabulas inextricabiles nuſq̃ adaptãdas ſupaddiderũt. Queãdmodũ eſt q vltra Sarmatias ad oceanũ ſeptẽtrionalẽ, eſſent campi eliſij, aura tempatiſſima, vita placidiſſima & ppetua, omĩ amenitate plena, at vbi multorũ ſeculorũ decurſu, seniũ tedioſum incolis diſpliceret, ex ripis in oceanũ ſeſe deijcerẽt, ſpõte ſubmerſuri tediũ cõfecte ſenectutis ſic euaſuri. Preterea poſuerũt illic terre naſcentia ambroſia, ſucco predulci & odore ſuaui, incolas tanq̃ in paradiſo cõfortantia. & aurũ qđ letificat cor hoĩs ſine numero & mẽſura inuẽtum iri. griffones aues horridas & rapaces, hoĩes cũ equis exacerbantes atq̃ in aera leuantes & deferẽtes, aurũ effodi atq̃ aſportari phibentes. Et amplius aiũt illic aſtra ſolẽ lunã & ceteras ſtellas, perpetuo girantes & lucentes, dies tempatiſſimas ac voluptuoſiſſimas conficere. quod in toto confictũ eſt, & in rei veritate illic aut alibi neq̃q̃ reptum. Ponũt & moderni ſrapatores thartarorũ gentem terribilem, in campis ſarmatie aſiane degentem fore euiternam, a ſeculis in hanc diem in ſcithia pſiſtentẽ. Cũ tamẽ ſit gens noua & aduẽticia, a partibus oriẽtis ſedibus mutatis, pauloplus tricentis annis in ſarmatiã aſie ingreſſa, & antea nõ cognita, put in initio huius tractatus dicam. Sed & montes alanos hiperboreos & ripheos in orbe terrarũ nomiatiſſimos, in illis regiõibus ſeptemtrionis affirmauerũt. & ex eis non minus famoſa erupiſſe flumina, Per Coſmographos & vates celebres ſcripta atq̃ decantata. Tanaim, boriſtenem maiorem & minorẽ, volhamq̃ maximũ fluminũ declararũt. quod cũ alienũ ſit a vero, non abſre (experiẽtia docente que eſt magiſtra dicibiliũ) confutandũ & reijciendũ eſt. tanq̃ pphanum, inexpteq̃ puulgatum. Scimus qdem & viſu cognoſcimus prefata flumina tria (magna ſiqdem) Boriſtenem. tanaim. & volham. ex Moſkouia oriri & defluere. minorẽ vero Boriſtenem (quem ariſtoteles diaboriſtenidẽ appellat) ex ruſſia ſuperiori cepiſſe, & in maiorẽ boriſtenẽ decurrere & ei cõmiſceri. Montes aũt hiperboreos, ripheos, & alanos nucupatos, illic non exiſtere certo certius ſcimus & videmus. & iam prædictos fluuios, ex terra plana cõſurrexiſſe ac emerſiſſe conſpicimus. Quare vt hæc & cõplura alia in ſarmatijs cõtenta, tue doctiſſime preſul amplitudini, vera veraciter enarrarem. ſubſequentẽ tractatũ de duabus ſarmatijs ab antiqoribus minus cognitis nomibus, qbus temporibus noſtris nominant. tibi dño & patrono meo ſemp colendiſſimo, ſcribere breuiuſcule, vt res expoſtulabit, ad incitandum alios, qui maiora nouerũt, & elegantiori ſtilo ſcribere facile poterunt curabo. Vtq̃ ſicut plaga meridionalis cũ gẽtibus adiacentibus oceano, vſq̃ ad Indiã, per regẽ Portugalie patefacta eſt. Sic plaga ſeptemtrionalis, cũ gentibus oceano ſeptemtriõis imminentibus, & verſus orientem ſpectantibus. per militiã & bella regis Polonie aperta, mundo pateat & clareſcat. Vale decus meum, preſul digniſſime.

Tractatus primus, Libri primi

¶Capitulū primū ꝙ due ſunt Sarmatie.

ANtigores duas ſarmatias poſuerūt. vnā in Eu=
ropa. alterā in Aſia, ſibiinuicē coherētes & con=
tiguas. In europiana ſunt regiones ruſſorū ſeu
rutenorū, Lithuanorꝝ, Moſkorꝝ & eis adiacen=
tes. ab occidēte flumine Viſle & ab oriente Ta=
nai incluſe, harū regionū gentes olim gete nu=
cupabant. In aſiatica vero ſarmatia. nūc cōmorantᷣ & degunt plu
ra genera thartarorū, a flumīe Don ſeu tanai ab occidēte vſq; ad
mare Caſpiū ab oriente contenta. Horū imperia genelogie ritus
& mores latitudoq; terrarum, flumina & circum circa adiacentia
in ſubſcribēdis explanabuntᷣ.

¶Capi. ſcd'm de ortu & aduētu thartarorꝝ.

ANno dñi milleſimo ducenteſimo vndecimo. ap=
paruit grandis cometes in diebus menſis Maij.
decem octo diebus durans, & ſupra polowczos
tanaim ac ruſſiā girans. caudāq; in occaſum por
rigens & aduentū thartarorū ſignificans. vnde
ſequēti anno gens thartarorꝝ in illam diē ignota, occiſo vt fertur,
ꝓprio rege Dauid de ſubmōtibus Indie, cōflictiſq; pluribus na=
tiōibus ſeptētrionis ad polowczos venit. Polowci ſiqdem fuerūt
gentes ſcd'm latus ſeptētrionale euxini maris cōmanentes, vltra
paludes Meotidis quos alij gothos appellāt. polowci aūt lingua
rutenorꝝ ſonant & interpretantᷣ venatici ſeu rapaces, qa ſepenu
mero inuadētes eos ſpoliabant & bona ipſorū rapiebant atq; ab
ducebant, quēadmodū & thartari hiſce tꝑibus faciūt. Itaq; thar=
taris ingrediētibus terras polowczonū poſtularūt ꝑ ambaſiatam
ipſos principes rutenorū, vniuerſis copijs & potētijs ſe adiuuari,
qm̄ par exitium & diſcrimē eos ſicut & polowczos expectaret.
Superuenerūt aūt & thartarorū nuncij denūciātes ducibus ruſſie,
ne imiſcerent ſeſe bello & adiutorio polowczonū, ſed potius ex
terminiū eorꝝ tanq̄ aduerſariorꝝ, ꝓcurarent. Ruſſi te ṽo imaturo

vſi conſilio, nūcijs thartarorū cōprehēſis & occiſis ꝑrexerūt exer
citualiter polowcis in adiutoriū, terra mariq; videlicet Mſciſlaus
romāouic cū milicia Kiouieñ, Mſciſlaus mſciſlauic cū militia Ha=
licieñ. Itē ceteri duces Ruſſie wlodimir rurikouicz, duces cirñe=
ouieñ & duces Smolnēſes. Iunctiq; exercitui omniū polowconū
ꝑuenerūt in Protolce, & abinde ſingli aſcēſis eqs venerūt duode
cim ſtatiuis ad fluuiū Kalcza, vbi iā thartari caſtra metati fuerūt,
& illico reſpirādi ſpacio nō dato thartari in eos irruerūt, & cōtri
tis ac diffugiētibus polowcis acies rutenorꝝ diſijciuntᷣ plurimaq;
cede pacta. bini duces Mſciſlaus Kiouieñ & cirñeouieñ captiuan
tur. Reliq fugientes (abhomiabile dictu) a polowcis socijs ꝑ quo
rum terrā fugam maturabant trucidabantᷣ. Equites quoq; ꝓpter
equos, pedites ꝓpter veſtes occidebantᷣ & in aquis ſuffocabantᷣ,
In illa ergo die Ruteni in peſſimū horrendūq; inciderunt ꝑiculū
quale in terris ruſſie nunq̄ auditum eſt. Eaq; prima clades extitit
quam ruteni a tartaris ꝑtulerūt Mſciſlaus aūt mſciſlauic Halicieñ
dux dū ad naues fugiēdo ꝑueniſſet, ſuꝑatis fluuijs ꝑſecutionem
thartarorꝝ veritus naues abrūpi præcepit. abindeq; fugax in Ha
lic pauore & trepidatiōe plenus ꝑuenit. Vladimirus aūt ruriko=
uic fuga & ipſe ſaluatus in Kiow ꝑueniens, ſedē accepit Kiouieñ
Alia ṽo om̄is mltitudo rutenorꝝ dū ad naues fugiēdo ꝑueniſſet
& eas abruptas offendiſſet in merorē verſa, dū vndas tranare nō
poſſet. fame cōtabeſcens illic cōſumpta eſt præter paucos duces
& aliquos eorꝝ milites, q in lembis fluuios traiecerunt. Preterea
anno dñi milleſimo ducēteſimo vigeſimo octauo, in maxia mul=
titudine thartari Ruſſiam ingredientes vniuerſam terram reſan
ſka vaſtauerūt, ducem occiderūt ſenes & impuberes necauerūt.
reliquā multitudinē in captiuitatē abduxerūt caſtra incenderūt.
Iterū hieme eiuſdē anni venerūt thartari in terram Suſdalorꝝ &
ea vniuerſa vaſtata, ducem Georgiū & filios eius. plureſq; alios
Suſdalorꝝ principes interfecerūt caſtrū Roſtow incenderūt cap
tiuos & predā ꝓ libito abduxerūt. Sequēti quoq; anno in Smol=
nenſem & czirnyeouieñ regiōes veniētes, eas crudeliſſima cede

nulli etati parcentes ꝑuastauerũt castra & fortalitia ex q̃bus du-
ces & milites pre timore fugerant incenderũt, & onusti captiuo-
rum multitudine in terras suas redierũt.

¶Capitulũ terciũ de crudeli vastatiõe Polonie & Hungarie per thartaros.

POst prædicta thartarorũ horrẽda vastatio ex or-
dine narratiõis subnectenda est. Anno dñi mille-
simo ducentesimo quadragesimo primo, Thar-
tari in Russiam venerũt, & Kiow amplissimam
vrbem & metropolim Rutenorũ magnifice con-
structam funditus deleuerũt. Habuit siq̃dẽ præfata vrbs portas
& turres firmiter edificatas, & aliquaꝝ portaꝝ tecta deaurata &
splendẽtia, habuit & vsq꜔ nunc habet Metropolitanũ de ritu Ru-
tenorũ seu græcorũ, plurimis wladicis & epis a Danubio ꝑ Mol-
dauiam valachiã russiam & moskouiã presidentẽ. in Kiouiã iam
post destructionẽ nõ residentẽ. Habuit insuꝑ ecclias supra tricen-
tas ornatissimas, quarũ alique in campis inter vepres & arbusta
in hanc diẽ ꝑmanent & stant desolate, ꝓ latibulis ferarũ, ex q̃bus
bine ecclie videlicet s. Marie & s. Michaelis aliquas laminas tecti
adhuc tenẽt deauratas, quas thartari predatũ venientes & inspi-
cientes Altim bassina vocant, altim bassina .i. aureũ caput haben-
tes, q̃a partẽ tecti deaurati habent. Hac v̾o tẽpestate in mõte vbi
olim castrũ Kiouieñ stabat, Lithuani dñi illius loci: fortaliciũ am-
plũ de roboribus & lignis exstruxerũt & tenẽt. Itaq꜔ tota Russia
cũ sua metropoli & Podolia omĩquaq꜔ pessundata. Bathus thar-
tarorũ impator volens Hungariã ingredi: misit ducẽ Petam no-
mine, cũ magno exercitu vastandũ Poloniam. Aiunt Poloni Ba-
thum regẽ thartaroꝝ Poloniã Slesiam Morauiã vastasse. Verior
tamẽ historia eorũ: sic & cronica hungarorũ refferũt Bathũ non
fuisse in Polonia sed duces ipsius, q̃ trucidatis tirannis & princi-
bus rutenorũ, receptaq꜔ preda in opidum Lublin & Zauichost.
viciniisq꜔ eorũ, reduxerũt eam in Russiã. festinãterq꜔ redeuntes.
expugnauerũt Sandomiriã cũ castro. Illicq꜔ occiderũt abbatẽ Po-

kriwniceñ cũ fratribus eius, & magnũ numeꝝ vtriusq꜔ sexus no-
bilium & ignobiliũ viroꝝ ac matronaꝝ, ad cõseruandũ vitã san-
domirie collectoꝝ. Inde exeũtes ꝑ Vislicam in Skarbimiriã vene-
runt & reuertebant̃ predã deducturi in russiam. Dũq꜔ statiua te-
nerent ad fluuiũ carna, apud villam q̃ maior thursko vocat̃. irru-
it in eos Vlodimirus Cracouieñ palatinus cũ militibus Cracoui-
ensibus. Vbi inter pugnandũ omĩs captiuorũ multitudo diffugi-
ens, in ꝓpinquas siluas se recepit. superati tñ sunt pauci a multis.
Vlodimirus palatinus Cracouieñ cũ suis a thartaris. verũ strage
suorũ ꝑculsi thartari ꝑ siluam Stremech in russiam recesserũt &
in suplementũ accersitis plurimis thartaris cũ fremitu & ira in Po-
loniam redierũt. & q̃a maximũ exercitũ habuerũt ad Sandomi-
riam ꝑuenientes bifariam diuiserũt eũ, minoreq꜔ exercitũ in Lan-
citiam Siradiã & Kuiauiã destinarũt cũ principe Cadano quẽ po-
loni Caydanũ nucupant. q̃ nullo obice apparẽte vastarũt crude-
lissime illos districtus cedibus atq꜔ igne. Maior aũt exercitꝰ thar-
tarorũ cuius ductor fuit Peta thartarorũ princeps versus Craco-
uiam iuit. omẽm oram transitui ꝓpinquã cede & incendio ꝑua-
stans. Occurrũt ergo ei in villa Chmelik ꝓpe opidũ Sidlow: Vlo-
dimirus palatinus. clemẽs castellanus Cracouieñ, Pacoslaus pala-
tinus Iacobus raciborouic castellanus sandomirieñ. cũ nobilibus
& militibus Cracouieñ & Sandomirieñ. Et facto cõflictu cũ vna
turma thartaroꝝ ipsaq꜔ attrita, pedẽ referẽte, & ad alterã ꝓstanti-
orẽ turmã sese diuertẽte poloni certamĩe priori fessi pauci a pluri-
mis aduerso pectore cõfossi ciciderũt. reliq̃ v̾o in fugã cõuersi ꝑ
itinera nota euaserũt. Ceciderũt in eo conflictu desiderati Cristi-
nus sulkouic de Nyedued, nicolaus vitouic. albertus stampotic,
Zemẽta. Grambina sulislaus. milites strẽnui & alii plures validi.
Ex quoꝝ strage tantus pauor irrepsit vt alii in alias regiões fuge-
rent. agrestes vero cũ pignoribus & pecoribus in paludes & sil-
uas & in inuia se cõderent. Sed & Boleslaus pudicus dux Craco-
uie & Sandomirie cum Grzimislaua matre & Kinga coniuge sua
primũ versus Hungariã in castrũ pienini de ꝓpe opidũ Sandecz:

postea p̄o in morauiā ad monasteriū cistertien̄ effugit. Thartari
aūt post cladē apud Chmelik pactam. Cracouiā in die cinerū ve-
nerūt, & eā vacuā hoibus inueniētes (omes siqdē in abdita diffu-
gerant) in ecclias & domos incendio seuierūt. Ecclesiā vero san-
cti andree tunc extra muros Cracouien̄ extantē, vallantes oppu-
gnabant, expugnare tñ nō valuerūt qm̄ pluribus polonis magna
vi & fortitudine se & sua illic defendētibus irrito cepto recesserūt
& in Vratislauiā prexerūt, quā similit' vt Cracouiā desertatā ha-
bitatoribus, sed & cōflagratā habitatiōibus repiētes (ciues etem̄
vratislauien̄ pauore cōsternati, fere omibus relictis, ꝓciosioribus
dūtaxat festine raptis fugam inierūt, qd' gentes ducis Henrici de
arce vidētes descenderūt & opes cū victualib' in arcē inducētes,
vrbē cū tectis eius flāmis exusserūt, & thartari in vrbe nil repien
tes) castrū vallarūt, & post aliquot dies obsidionē soluētes (vt aiūt
oratiōibus & lachrimis Cessai prioris ordinis prædicatorꝝ & fra-
trum eius in castrū admissorꝝ depulsi) recesserūt. Interimqꝫ feria
scd'a pasce thartaris q Kuiauiā vastauerūt supueniētibus sibi iūcti
in Legniczam ꝓfecti sunt. Dux etem̄ Hēricus scd'us sancte hed
uijs filius ꝑ illud tempus ibi collegerat gentes & armigeros, tam
nobiles q̄ agrestes maioris Polonie & Slesie. Aduenerāt & prin-
cipes cū suis militibus Myeczlaus Kazimirides dux Opoliensis.
Boleslaus filius Depoldi marchionis morauie expulsi, q Sepiolka
cognoiatus est, & Pompo de Hosterno magister cruciferorꝝ de
Prussia cū fratrib' sui ordinis, insup & cruce signati plures. Cūqꝫ
ex opido Legnicen̄ duceret agmina & ea obeqtaret, lapis de su
mitate ecclesie beate Marie decidit, parūqꝫ abfuit qn̄ caput ducis
Henrici nō dirupit, qd' reuera īfaustū omen fuit. Suburbana itaqꝫ
opidi Legnicen̄ pregressus, quatuor acies instruxit & ordinauit
Primū de cruce signatis volūtarijs & de aurifossorib' opidi golt-
berk, alijsqꝫ ꝑegrinis militibus hāc Boleslaus syepiolka filius mar
chionis morauie ducebat. Altera acies fuit militum Cracouien̄ &
maioris Polonie hāc Sulislaus frater Vlodimiri olim palatini Cra
couien̄ circa chmyelik occisi ductitauit. Tercia aciē gubernauit

Myeclaus dux opolien̄ in q erāt milites opolien̄, & Pompo magr̄
prussie cū fratrib' & militia sua. Quartā aciē ipemet dux hēricus
ex ꝓstātiorib' militib' Slesie & maioris Polonie ac ꝓcio cōductis
militib' rexit. Totidē erāt thartarorꝝ agmia: sed robore & freqn-
tia pugnatorꝝ prestātiora, ita vt vnū agmē eorꝝ omia Polonorꝝ ag
mina excederet. In campo igit' q bonus campus dicit', porrecto &
in omes partes lato vterqꝫ exercitus qnto idus aprilis, als feria se
cunda post octauas pasce cōuenit. Primūqꝫ cruce signatorꝝ & au
rifossorū exercitus cū thartaris magno impetu cōgressus, velut
tenere ariste a grandine ꝑcusse, a sagittis thartaricis obtritus est.
Deinde duo agmia sub gubernatiōe Sulislai militis & Myeczlai
ducis Opolien̄ cōsistentia, pugnare cū tribus thartarorꝝ agmini-
bus ingressi validam in thartaris stragē ediderūt, ita vt pedē re-
ferrent & fugam inirent. Quidā aūt cellerimo cursu circa vtrūqꝫ
exercitū discurrens terribili voce clamauit. Byegayce byegayce.
qd' sonat, Fugite fugite. Polonis terrorē incutiens. Quam vocem
Myeczlaus dux Opolien̄ audiens, deserto prelio fugit & secū ma
gnā partē militū traxit. Quod videns dux Henricus ingemiscēs
dixit (Gore se nam stalo) i. peius & moleste nobis accidit. Indu-
censqꝫ suā quartā aciē fortissimorꝝ militū, tres acies thartarorū a
duabus aciebus Polonorꝝ disiectas ꝓstrauit & in fugā cōuertit.
Quarta aūt acies thartarorꝝ & maior omniū cū suo duce Peta su
ꝑueniens, horribili impetu bellū intulit, & bellum acerrimū inter
vtrosqꝫ durauit, magnaqꝫ ex parte thartaris cesis & in fugam spe
ctantibus, qdam thartarorꝝ vexillifer valde magnū ferēs vexillū,
in quo chi. littera greca depicta erat, talis X & in sumitate hastilis
imago teterrimi & nigerrimi coloris cū barba ꝓlixa, cepit incan-
tando fortiter caput imaginis quatire. Ex quo illico fumus & ne-
bula horrendi & intollerabilis fetoris in Polonos diffusa est vt pe
ne exanimati & inualidi ad bellū redderent'. Clamore itaqꝫ hor-
rendo eleuato in Polonos thartaricus exercitus conuersus, acies
eorū q interim integre erant dirupit & eas magna strage affecit.
In qua dux Boleslaus filius marchiōis Morauie dictus syepiolka,

& Pompo magiſter cruciferorū de Pruſſia cū multis inſignibus
militibus necati ſunt. Dux ꝟo henricus corona a thartaris circū-
fuſus eſt vt a tergo & fronte cederet, iamqꝫ ad extremū circa eū
non niſi quatuor milites verſabant. Suliſlaus frat er olim Vlodi-
miri palatini Cracouieñ. Clemens palatinus Glogouieñ. Conra-
dus konrathouicz & Ioannes iwanouicz, q quāta potuerūt vi &
conatu principē Henricū ex prelio educētes, ad fugiendū diſpo-
nebant. ſed ducis equus ſauciatus ſubſiſtebat, thartari igit̄ veloci
curſu cōſecutū cū tribus prefatis militibus, quarto Ioanne iwano
uic ab eis ſegregato vallauerūt. cū qbus aliquāto tꝑe decertabat.
Ioannes vero Iwanonicz equū recentē a Roſciſlao aulico ducali
receptū, penetratis hoſtiū cuneis duci adminiſtrauit. Quo aſcen
ſo dux ſequebat̄ Ioannē Iwanouicz, viam ꝑ medios hoſtes ei pa-
rantem. Ipſoqꝫ in curſu vulnerato & euadēte dux Henricus inter
cipit̄: & tercio circūuallat̄. dūqꝫ audaciſſime contra thartaros di-
micaret, & manu ſiniſtra elleuata thartaꝝ ſibi obuiū feriret, ab al
tero thartaro lancea ſub aſcella tranſfixus, ex equo demiſſo bra-
chio moribundus defluxit. quē thartari ingenti ſtrepitu incondi
tarum vocū facto capiūt. & extra locum certaminis quantū eſſet
geminatus baliſte iactus ꝓtractū. Framea caput abſciderūt, cor-
puſqꝫ inſignibus omibus deſpoliatū nudū reliquerunt. Occiſa eſt
in eo prelio multitudo nobiliū Polonie. inter quos clari & inſig-
nes fuerunt Suliſlaus frater Vlodimiri palatini Cracouieñ. Cle-
mens palatinus Glogouieñ. Conradus konrathouic. Stephanus
de Virbna & andreas filius eius. Clemēs filius andree de Pelcz-
nicza. Thomas pyotrkouicz, Petrus kuſſa. & ceteri. Corpus du
cis Henrici poſt cladē in ſexto digitto ſiniſtri pedis vix cognitū.
& reptum ꝑ annam cōiugem eius in medio chori eccl'ie ſancti Ia
cobi apud fratres minores Vratiſlauie ſepultū eſt. Pomponis ꝟo
magiſtri Pruſſie & militū inſigniorꝝ ſupra expreſſorꝝ, in eodem
monaſterio ſ. Iacobi Vratiſlauie corpora tumulata ſunt. Boleſlai
aūt filij marchiōis morauie funus in Lubens in choro cōuerſorꝝ
humatum eſt ſuꝑ cetera corpora fidelium in loco prelij ſepulta.

Eccleſia in hanc diem durans cōſtructa eſt. Maxima victoria de
duce Henrico & Polonis thartari potiti, lectis ſpolijs vnicuiqꝫ in-
teremtorꝝ vnā auriculā abſciderūt, & nouē ſaccos grandes ad ſci
endum numerꝝ occiſorꝝ repleuerūt. Ducis aūt Henrici capite in
longiori haſta errocto ad caſtrū Legnica. Opidū em̄ metu thar-
tarorꝝ exuſtū fuerat applicuerūt. Mandātes vt duce eorꝝ occiſo,
caſtrū eis apꝑirent. Caſtrēſibus cōuenient̄ rñdentibus, qꝫ ꝓ vno
duce occiſo plures duces filios occiſi haberēt. Illi vero circa Le-
gnicz vaſtatis & incenſis villis, in Othmuchow ſe receperūt. vbi
qndecim diebus ſtatiua cōtinuādo, omem regionē ꝑ circuitū va
ſtauerūt. Exinde Ratiborieñ oram adeūtes in Boleſiſko octo di-
ebus cōmorati in Morauiā ſeceſſerūt, & Venceſlao rege Bohe-
mie in caſtris ſe cōtinente, eam pluſq̄ vno menſe incendijs & ce-
dibus vaſtauerūt, ab Olomunc ſeptimis caſtris in Hungariā ꝑue
nerūt, & maiori horde ipſius Bathi que Hungariam intrauerat
ſeſe conſociauerunt.

¶ Capitulū quartū de cruenta vaſtatiōe Hungarie
ꝑ Bathi imꝑatorem Thartarorum

BAthi vaſtata & ad nichilū redacta Ruſſia. Hungariam
cū qnqes centū milibus ingredi cōtendebat Reſiſtentē
ergo int̄ mōtes Sarmaticos, & in clauſa dicta Ruſſie in
troitū ꝓhibentē. Comitē palatinū Hungarie a Bela quarto rege
hūgarie cū gentibus miſſum prefatus Bathi obruit & expugna-
uit, feſtinantqꝫ exurendo opida & villas ad Ticiam fluuiū q vul-
gariter Ciſa appellat̄, ex montibus Sarmaticis verſus meridiē in
Danubiū fluentē ꝑuenit. Et exinde gentes thartarorꝝ excurrētes
Vaciā cū ſua cathedrali eccl'ia vaſtauerūt & incenderūt. Ad Peſt
quoqꝫ vbi rex bela quartus exercitū contra thartaros colligebat
ibant & redibant, aliqñ appropinqnādo, nōunquā ꝟo fugiendo:
ꝓut eſt mos pugnandi thartaris. Cūqꝫ copioſum exercitū: tam ex
nobilibus qꝫ ſpūalibus rex Bela coadunauerat, aduerſus tharta-
ros ꝓcedens ad fluuiū Titiam applicuit & caſtra metatus eſt, ad-
hibitaqꝫ cuſtodia mille armatorꝝ ad pontē, putabat thartaros non

tranſire fluuiũ, qm̃ altus eſt, limoſus multũ & inꝑmeabilis, thartari aũt ꝗ multo maiores fluuios tranſierant inuento vado Ticiam in nocte tranſnatarũt, & in aurora exercitũ Hungaroꝝ cũ Bela rege eoꝝ vndiꝗ circũdederũt, miſſiſꝗ denſis & quaſi infinitis ſagittis (velut cũ grando nebuloſus ac denſus cũ fragore deſcẽdit) hungaros ꝑturbarũt. multos occidẽdo plurimos ṽo vulnerãdo. Hungari ergo veluti imꝑ̃parati & abſꝗ ordine cõtraueniẽtes cadebant. Quod alij videtes, meticuloſi clam diſcedebant & fugiebant. thartari ṽo tanꝗ̃ aſtuti, ſinebant eos ꝑ medium ſui tranſire. Vnde Colomãnus frater regis, ſic & rex Bela q̃rtus tanꝗ̃ ignoti euaſerũt. Reliquos ṽo cõcluſos thartari crudeliſſime ad vnũ necauerũt. Inter quos ſp̃uales maiores ceciderũt, Mathias Strigonienſis archiepũs. Vgolinus Coloceñ archiepũs. Georgius epiſcopus Iaurieñ. Reynaldus epũs Tranſſiluaneñ. & eccl̃ie Nitrienſis epũs. Nicolaus Scibinieñ prepoſitus vicecancelarius regis, Eradius archidiaconus Bachienſis, magiſter albertus Strigonieñ archidiaconus. De alijs aũt ſecl̃aribus nobilibus & ignobilibus fere infiniti occiſi ſunt. & ꝗ fugerant cõſecuti iu vijs necati iacuerunt. In Peſt etiã multi pl̓ebani collecti in ore gladij ſuꝑueniẽtib⁹ thartaris ꝑierũt. Rex aũt Bela q̃rtus, ꝓpere fugit ad metas Auſtrie, vbi captus & detẽtus fuit ꝑ duce auſtrie, tandẽ dimiſſus ad reginã cõiugem ſuam ꝑueniẽs, ſeceſſit in Slauoniã illic vſꝗ ad ꝑſecutiõem Cadan cõmoratus, Vaſtata itaꝗ Hungaria ex vna parte Danubij, in hieme ꝓxima gelato Danubio in partẽ alterã penetrauerũt & ſedes inter Iaurinũ & Strigoniũ fixerũt. vbi in hanc diem foſſe & tumuli habitatiõis eoꝝ cernunt. Ex quo loco præfatã tranſdanubiũ regionẽ ſpolijs incẽdijs & occiſiõibus crudeliſſime afflixerũt Cũꝗ in thartariã ſecedere ꝓponerent, diuiſo exercitu. princeps Cadan aduerſus regẽ Belam in ſlauoniam diuertit. A facie cuius territus rex, ad mare, tandẽ ad Polam ciuitatem fugit. Cadan aũt queãdmodũ cũ Bathi cõſtituerat, ꝑtranſitis & vaſtatis Boſna, Seruia & Bulgaria, ſubſtitit circa Danubiũ, donec horda imꝑatoris Bathi ſuꝑueniret. At Bathi poſt diſceſſum Cadan vallauit & ex-

pugnauit Strigoniũ vrbem illa tempeſtate notabilẽ, cuius incole erant varij mercatores Almani, Gallici & Italici. & ꝗa theſauros quos thartari expetebãt in terra ſuffoderãt & oculuerãt, iccirco om̃es necauerunt, nulli ſexui nulliꝗ etati parcentes. Deſtructaꝗ Strigonio ſecus Danubiũ tranſeũtes ad exercitũ pricipis Cadan oꝑientẽ & expectantẽ ꝑuenerũt. Tandẽ iuxta paludes Meotidis via priori in thartariã abierũt. Tempus aũt quo thartari Hungariam afflixerũt & multimode vaſtauerũt, erat fere bienniũ.

¶ Capitulum ꝗntum quõ Innocentius papa quartus, miſit ad Cham thartaroꝝ ne chriſtianos ꝑſequæret, & quomodo fidem Machometi ſuſcepit.

D Iſcedẽtibus thartaris tota Europa cõtremuit, & principes chriſtianoꝝ timore ꝑculſi, ne redirẽt cõſulebãt iuicem. Innocẽtius quoꝗ papa quartus ex concilio Lugduneñ fratrem Aſcelinũ ordinis prædicatorũ cũ pluribus fratrib⁹ eiuſdem & aliorũ ordinũ ad eos miſit. Anno dñi 1246. ꝗ ꝑ Almaniã & Bohemiã in Vratiſlauiã venit, exceptuſꝗ & veneratus eſt a Boleſlao ſleſie & Vratiſlauie duce. Exinde tranſiens ad Lancitiã ꝑuenit, a Conrado duce Mazouie cũ ſuis recollectus & hoſpitatus. Dehinc ad Cracouiã deductus a Boleſlao pudico, a genitriceꝗ eius Grimiſlaua & a Prandotha ordinario loci benigne ſuſcepti & habiti ſunt. pluribus pellibus ſubtilibus ꝓuiſi, ſupra id ꝙ ꝓprio ere potuerũt emere, qm̃ principes thartaroꝝ ſine munere adire, nephas eſt. Tulit aũt fortuna vt eſſet apud Boleſlaum pudicũ principem Cracouie atꝗ Sandomirie. Vaſilko princeps Ruſſie, nepos matris ſue, huic itaꝗ comẽdati, in Ruſſiam ꝑ ipſum deducti ſunt. ad Kiouiam ṽo veniẽtes, equos acꝗſierũt ꝓ conditiõe terrarũ thartaroꝝ valentes, ꝗ pedibus aquã & pabulũ ſub niuibus ſibi quererent. Tandẽ ex Kiow ꝓcedentes plures duces thartaroꝝ ꝑtranſierũt donec ad Cham ſeu imꝑatorẽ thartarorum applicuerũt. Cui legatiõe dñi pape Innocentij q̃rti expoſita. poſtulauerunt vt deũ vniuerſoꝝ agnoſceret atꝗ coleret, & eum

quē miſit ieſum chriſtū, vtqꝫ gentē chriſtianā crudeli nece quem
admodū fecit in Polonia Hungaria & Morauia non ꝑderet. Et ac=
cepto reſpōnſo, ꝙ Cham ꝑ qnquēniū gentē chriſtianā nō inuade
ret. per eandē viam ad dn̄m apl'icum cū lr̄is impatoris thartaroꝝ
redierūt. Habes in ſpeculo hiſtoriali Vincencij libro xxxij. hanc
hiſtoriā, quā caute legas neceſſe eſt, qm̄ in aliqbus ſupſticioſa eſt.
Poſt diſceſſum legatoꝝ chriſtianorū ſupuenerūt legati ſarrace=
norū pſuadētes thartaris vt ſectā & fidē Machometi acceptarēt.
tanq̄ faciliorē tollerabiliorē, voluptatibus plenā, viriſqꝫ belligeris
cōpetentiorē. Chriſtianoꝝ aūt religionē confutādo dicebāt eſſe
ocioſorū imbecilliū & idolatraꝝ imagines colentiū. Sarraceno
rum vo legē multis vtilitatib⁹ atqꝫ voluptatibus reffertam, & cę=
terarū religionū vi & armis expugnatricē, vt ſupbos debellaret,
humiliatis vo tributū cōſtitueret. Placuit barbaris & ipſi primū
impatori Bathi & omibus thartaris tanq̄ viris cordoſis audacib⁹
& ſenſualibus pſuaſio ſarracenoꝝ. Ideo illam & nō alterā ſuſcepe
runt, & cū dicant Eiſſa Rocholla. i. Ieſus eſt ſpūs dn̄i. Machomet
vero roſſollai. Machomet eſt iuſticia dei. Noluerūt ſpiritum dei
Ieſum benedictū ſpūaliter viuere docentē acceptare, ſed iuſticiā
dei, hoc eſt Machomet carnalit̄ & tanq̄ beſtiā ſenſualē in ſpurci=
tijs volutantē. Ab omipotenti deo iuſte in lacu penarū die ac noc
te cruciandā amplexati ſunt. Itaqꝫ extūc velut & nūc Machome=
tum venerātes ſequunt̄. Pentatheuco Moiſi obediūt. circūcidun
tur & legalia obſeruāt. campanis carēt, ſed q̄ttidie lahi illo illoloh
qđ in latino ſonat. Non eſt deus niſi vnus deus clamant, ingenue
ſeſe ꝓfitent̄ Iſmahelitas, qa de iſmael ortos. chriſtianos vo dzin=
cis i. paganos & gaur. i. infideles & ſine religiōe appellant. Cele=
brant velut alij ſarraceni, tria in anno feſta, primū kuiram i. oblati=
onis paſca, in memoriā oblatiōis Iſaac, qn̄ abraam multarū genti=
um pater pręcepto dei ipſum necare & offerre ꝓpoſuerat. In iſto
feſto offerūt arietes aues alites &c. Aliud feſtū colūt ꝓ aniabus.
tunc viſitant ſepulchra ſuoꝝ maiorum opibus miſericordie inſi
ſtunt, & alunt pauperes. Tercium feſtum agunt ꝓ ſe ſuaqꝫ ſalute.

Pro primo feſto ritte ꝑagendo triginta diebus ieiunant, ꝓ altero
vno menſe, pro tercio duodecim diebus.

¶ Capitulū ſextū de moribus thartaroꝝ,
& de cōtentis in terra eoꝝ.

THartari ſunt homies vt freq̄nter ſtature medie.
pectore & ſcapulis ampli. facie lati. naſo ſimi. co
lore tetri & deformes. robuſti viribus & fortes.
famem frigus & eſtū facile pacientes. Equitatu
ab ineunte etate & arte ſagittādi gaudētes. Om
nia ſua ſecū ducūt, vagi & inſtabiles loco cū vxoribus pueris atqꝫ
pecoribus in campis degūt. Ciuitates villas & domos nō habent.
Pro hieme ad releuandū a frigore ad mare Caſpiū diuertūt, qm̄
illic ratiōe maris tempiem aeris inueniūt. Ad eſtatem in ſuam re=
gionē redeūt. Aliqui eoꝝ vnā porcam, duas. tres ve in longū per
iugera tria, q̄tuor & vltra ſulcant arant, & milio ſeminant. inde ci
bos & Bairam i. paſtas faciūt. Non hn̄t frumentū nec aliqđ aliud
legumen. pecora & pecudes plurimas tenent, pręcipue caballos
& cabellas ꝓ eqtatu & victu valētes. Incidūt & vulnerant equos
cruorēqꝫ & ꝑ ſe & cū milio vorāt. carnes pecudū pecoꝝ & equo
rum comedūt etiā ſemicrudas. Caballos pridie tū ſponte tū mor=
bo mortuos exciſo loco apoſtemato ꝑlibenter comedūt. Bibunt
aquā, lac, & ceruiſiam ex milio coctam. Aquā Thurci & thartari
vocant (Su) interdū thartari dicūt (ſuha) & eſt aqua. Ceruiſiam
aūt miliarē ſeu ex milio factam (Buzam) nomināt, eandē Ruteni
(Braha) vocant. Laudant lac pręſertim Komiz i. acetoſum, eo ꝙ
ſtomachū eorū cōfortet & medicinā purgatiuā faciat. In cōuiuijs
& cū hoſpitibus aduenīſqꝫ bibūt (araka) qđ eſt lac ſublimatū qđ
mirabilit̄ & cito inebriat. Non furant̄ neqꝫ fures inter ſe paciunt̄,
rapto tn̄ viuere vicinos ſpoliādo ꝑiucundū & deificum eſt apud
eos. Non ſunt artificia inter eos, nec pecunie, ſed res ꝓ rebus cō=
mutant. Verū in horda Zauolhenſi, incepunt aſpros i. argenteos
obolos thurcorū accipe & tenere. In horda vero Prekopen̄ duca
tos acceptant. In horda Nohaiſka res ꝓ rebus dant. vafri & ꝑfidi

ſunt exteris, ſibiinuicē ꝓo & ſuis oīmibus fideliſſimi. Indumenta ſepenūero ex filtro & lana alba groſſe & plane facta gerūt. Opon ce plurimū diligūt, in expreſſiōe huius nois ꝑponunt i. iꝺponce & nō opponce nucupātes, & eſt palliū albū ſpiſſum inconſutile ꝓ imbribus & fluuijs bene vtile. Terra eorū terra plana & abſqꝫ mōtibus abſqꝫ lignis & arboribus, graminibus dūtaxat abūdans. Vias nō hn̄t, neqꝫ nauigia, ſed ꝑ dies iter ſuū computant. vt terra Zauolhenſiū thartarorū citiſſime eqtatiōis a flumine Volha ad mare Caſpiū eſt q̄ſi triginta dierū, eqtant vna die viginti miliaria magna germanica, pedibus nō gradiunt nec itinerāt. Fere apud eos repiunt, cerui, dame, dorce, & ſnak, & eſt anīal qn̄titatis ouis, in terris alijs nō viſum, lana griſeū, duo parua cornua hn̄s, curſu velociſſimū, & eſu carniū eius ſuauiſſimū, Et dum grex ſnak in ali quo campo inter gramina cōſpicit Cham ſeu impator thartaroꝝ cū ſuoꝝ multitudine equeſtres vadūt, & oīmiquaqꝫ circūdant in altiſſimis graminibus deliteſcētes. Dumqꝫ timpanis incipiūt ſo nare, tunc ſnak tanq̄ metu perculſe rapidiſſime hinc atqꝫ illinc, ab vna parte circūſtantiū ad alterā ꝓcurrunt, & iterum atqꝫ iterum decurſando vadunt, vſqꝫquo fatigati deficiant, tunc irruentibus thartaris cum clamore occidunt.

¶ Capitulū ſeptimū de finibus & metis thartarorū Zauolhenſiū.

CLauditur terra Cham & thartarorū Zauolhen ſium, ab ortu ſolis mari Caſpio ſeu Hircano. A ſeptētriōe campis lōgiſſime latiſſimeqꝫ ꝓtenſis. Ab occaſu fluminibus Tanai & Volha. A meri die partim mari Euxino ſeu ponti, partim altiſſi mis montibus Iberie & Albanie. mare Caſpium vocant Ruteui. (Chwalēſke moře) & eſt mare non ab oceano, ſed a fluminibus illic defluētibus congeſtū. fluunt multa ac magna flumina in alue arium illius maris, de rippis altis, impetuoſe & quaſi ꝑ ſaltū ex al to in mediū decidētibꝰ, & iuxta rippas ſub ipſas tanſeūtibus iter prebentibus. Vnde fit vt ibi in eſtate a Perſis & Medis refrigeriū

querat, & in hieme ratione euaporationū tempies conflat. Iuxta illud mare & poſt ad orientē vt ruteni ꝓferūt, ſunt thartari crini ti quos thartari Kalmuchi & paganos nucupāt, qm̄ rittū macho meticū nō colūt, nec crines capitis abradūt, queadmodū thartari oīmes radūt. preter adoleſcentes q raſa coma, binos radios criniū ab aure dextra & aliū a ſiniſtra vſqꝫ in brachia ꝓminētes, in ſignū inubilitatis aut virginitatis relinquūt. Ab occaſu ſunt flumīa Ta nais & Volha, tanaim thartari Don appellant, q ſcꝫm fontes ſu os ex ducatu Rzeſenſko a duce Moſkouie occupato, verſus ſep temtrionē fluit. Poſt flectit in meridiē, & tribus hoſtijs paludes Meotides ingredit, imo ipſe paludes meotidas cauſat. Sunt iam circa Tanaim arbores, pomaqꝫ & alij fructus. Sunt & mellificia quercina nōnulla & pauciora de pino. Inde eſt ꝙ thartari ſanctū Don dicūt, qa iuxta illū victum ex fructibus melle & piſcibus re periunt, Volha fluuius thartarice Edel nucupatus, ex Moſkouia ꝓfluit ex fontibus ſeptētrionalioribus & occidētalioribus q̄ Ta nais. q cū ad ſeptētrionē flueret longo tanaim circuēs interuallo, deflectit in orientē & meridiē & viginti qnqꝫ hoſtijs ſeu flumini bus in mare Euxinū delabit. Diſtat tanais a volha qnqꝫ hebdoma darū itinere. adminus veloci curſu triū hebdomadaꝝ eqtatione vel plus. Et eſt volha in triplo maior q̄ Don, vigintiqnqꝫ aūt par ticiōes ſeu particularia flumina ipſius volhe ſunt magna, minora aūt ex eis ſunt tanta, quātus Tiberis Rome aut Viſla poſt Craco uiam, ſunt multū piſcoſi prefati fluuij ita ꝙ framea thartari, cete riqꝫ tranſeuntes in rippa ſtando, piſces cū aqua decurrētes ſecent & tollant. Eſt iuxta hos fluuios tanaim & volha air i. calamus aro maticus q & (broſtworce) dicit, in maxima copia. Ibidē reupon ticum qd' thartari nominant (cinireuent) creſcit, & cinireuēt no men eſt ꝑſicum. Itē (Kučilabuka) vel vt alij exprimūt kilcabuha. & in latino ſonat oculus cornicis, & eſt multe calefactiōis. De or tu horū fluminū don & edel, cū de Moſkouia tractauero clarius dicam. Quociēs aūt thartari Zauolheuſes in terras noſtras ſpo liatū ire vadūt, ꝑ hec & alia flumina abſqꝫ nauigio (alligatis ſarci

Abūdātia piſcium

Calamg aromatico

wronie oko.

Manigatio Tartarorum

nis deſuꝑ, coniugibuſq; & pueris in dorſis equoꝝ ſedẽtibus, ipſimet caudas caballorũ tenẽtes) tranſnatant. & rapinas crudelitateſq; plurimas inferũt. Ad meridiẽ verſus mare Caſpiũ ſunt mõtes Iberie & Albanie, quos Ruteni a gente (Pyαcihorſci cirkači) quaſi qnq; mõtani cirkači vocãt. Inter illos ſiqdem montes ſunt Gazarorum gentes, quas vt veſtra Morauica legenda depromit ſanctus Cirullus & Metudius fratres, ꝑ Michaelẽ impatorẽ Conſtantinopolitanũ miſſi, ad fidẽ chriſti cõuerterũt, & vſq; nũc fidẽ & rittũ græcorũ ꝓfitent̃, ſunt hoĩes bellicoſi, in tota aſia & Egipto acceptabiles, apud hos thartari Zauolhenſes tela comparant. Verũ hac etate gręci illas gentes Abgazari, & abgazeli nomĩant, & vicine iuxta illos ſunt gentes Circaſſi & Mengrelli, omnes de ritu græco ꝑ beatũ Cirullũ in fidẽ chriſti reducte. Inde ſctũs Cirullus rediens ex mari euxino ſeu põtico (in quo om̃ipotens deus mirabilis & glorioſus in ſanctis ſuis, dederat habitaculũ & eccleſiam marmoreã ꝑ manus angelorũ ſancto Clementi ſtructam, quã ſingulis annis in feſto ſ. clementis & ſeptẽ diebus, mari recedente & ſiccato, ſecure circũſiti incole aggrediebant̃. ſanctũ dei venerãdo colendo & extollẽdo) ſuſtulit corpus ſancti clementis & in Morauiã prædicaturus chriſtũ dñm ſecũ tulit & aſportauit. Deinde Romã euocatus & ꝑ papã Nicolaũ citatus, prędictũ corpus ſ. clemẽtis Romã detulit & in eccľia ſ. clemẽtis honorifice depoſuit. Ipſe Cirullus cũ Metudio fratre in eadẽ baſilica beati clementis rome ſepulti, ſed nõ ſunt repta oſſa illoꝝ ꝑ tuã R. P. ſum̃e deſiderata in eadẽ baſilica queſita. Ex mõtibus Circaſſoꝝ pyαcihorſki, ſeu qnq; montiũ fluit magnus fluuius Tirkin thartarico nucupatus: rapidiſſimo curſu lapides ſecũ voluens & multos piſces, in mare Caſpiũ defluit. Poſt hunc ex eiſdẽ montibus fluuius Coban minor ꝗ̃ Tarkin ꝓnominatũ mare caſpiũ deſcendit.

Si credere fas est.

¶ Capitulũ octauũ de genelogia impatorũ trans Volham incolentium.

QVatuor ſunt horde thartaroꝝ, totidẽ impatores eorũdem, ſcilicet horda Zauolhenſiũ, horda Precopenſiũ,

horda Coſanenſiũ, & quarta horda Nohacenſiũ. qntamq; addũt quæ impatorẽ nõ tenet & nucupant eã Kazacka. De his inferius dicet̃. Horda in thartarico multitudinẽ ſignificat. Principalis ergo horda eſt Czahadaiorũ ſiue Zauolhenſiũ, ꝗ̃ Tak Xi. i. capitalem hordã vel hoĩes principales & liberos ſeſe nomĩat, tũ qa nulli ſubicit̃ tũ qa ab ipſa cetere horde ꝓpagate ſunt. ob hoc & Moſkouite magnã hordã Zauolhenſiũ hordã appellant. Inde etiã impator eoꝝ Ir Tli Xi. lingua ipſoꝝ, hoc eſt liber homo dicit̃. Dicitur & Vlucham qđ ſonat magnus dñs, ſiue magnus impator. vlu em̃ magnus, Cham ṽo dñs & impator eſt. Eundẽ aliq magnũ canem dixerũt & male interꝑ̃tati ſunt, qa Vlucham nõ ſignificat magnũ canẽ, cham etem̃ cũ aſpiratiõe dñm aut impatorẽ, & cam ſine aſpiratiõe cruorẽ, & nunꝗ̃ canẽ ſermone thartaroꝝ deſignat. Produnt itaq; & refferunt thartari, ꝙ quędã vidua cõcepit & peperit filiũ nomĩe Cingkis, & cũ filij ipſius tanꝗ̃ adulterã necare voluerunt, finxit & excuſauit ſe non ab hoĩe ſed a radijs ſolis cõcepiſſe. Cui figmẽto filij credẽtes matrẽ liberam dimiſerũt. Natus ergo eius Cingos vel cingkis, homo ſortis humilis, creuit in virum magnũ & fortẽ. Et is fuit primus ꝓpagator & ſator impatoꝝ Cahadaioꝝ ſeu Zauolhenſiũ. Huius filius fuit Iocuchã gentilis & paganus. Iocucham genuit Zaincham terciũ impatorẽ, q in orbe terrarũ & maxĩe in Polonia Hũgaria & Ruſſia dicit̃ Bathi. Iſte deſtruxit Gothiã & Ruſſiã & vaſtauit Poloniã Sleſiã Morauiã & Hungariam, ꝓut a pricipio dictũ eſt. Idẽ Bathi fuit gentilis primũ, tandẽ ſectam Machometi ꝑſuaſus cũ thartaris ſuſcepit, quã in hanc diẽ tenent & ſequũt̃. Quartus impator ex bathi genitus fuit Temir Kutlu. & interprætatur ex thartarico felix ferrũ. Temir felix & Kutlu ferrũ, erat ſiqdẽ felix & bellicoſus. Iſte eſt ille Temerlanes in hiſtorijs celebratus, q totã aſiam vaſtauit & vſq; ad egiptũ pertranſijt. Iſte impatorẽ Turcoꝝ, Peſaitem primũ conflixit & captiuatum catenis aureis alligauit, & poſt in breui dimiſit. Iſte habuit exercitũ duodecies centena milia. Fuit & alius priceps thartaroꝝ eo tp̃e, Akſak Kutlu, qđ in latino ſonat claudus vel claudũ ferrũ,

q̄m claudus erat sed ferox. Is multa bella felicit̄ gessit, & ciuitatē magnā in terra Czahadai i. thartaroꝝ Zauolhensiū noīe Kumumed czar expugnādo desertauit & ī solitudinē redegit, stant domus illius ciuitatis murate vacue & ecclīe olim Gottoꝝ tricente, in rittū machometicū & Mesqtas (absq̧ habitatoribus) redacte. In castro illius ciuitatis fit sepultura impatorum Zauolhensium. Quītus impator ex Temir kutlu ꝓgenitus fuit Temir Czar, iste vt dicit̄ ꝑ Vittoldū ducē Lithuanie & Vladislaū regē Polonie, in auxiliū contra cruciferos Prussie euocatus fortiter pugnās ferro occubuit. Sextus impator ex Temir czar genitus fuit Machmet czar. Ex isto genitus est Achmet czar septim⁹ impator, & achmet sermone thartaroꝝ exponit̄ cōponibilis. Achmet genuit Siachmet octauū impatorē. Sziachmet sonat quasi religiosus achmet, & thartari cognominānt ipsum Sachmet. qđ est martirisatus achmet, qa ꝑ Lithuanos captus detinet̄ in Kowno incarceratus. Iste euocatus ꝑ Albertū regē Polonie & ꝑ Alexandrū magnū ducem Lithuanie in solatiū contra Mendligeri impatorem Prekopensiū thartarorū Anno dn̄i millesimo qngētesimo, venit sub hiemē cū sexaginta milibus pugnatorū, mulieres v̄o & pueri fuerūt supra centum milia, & qa hiems fuit horrida intensiq̧ frigoris coniunx eius ꝑ impatorē Precopensem clam vocata frigus & inediam nō ferens, in Prekop a Siachmet marito suo cū magna pte exercitus fugit. Itaq̧ Siachmet militibus diminutus & intensissimo frigore pressus ꝑ Mēdligeri Precopēsem oppugnat⁹, disiecto eius exercitu cōflictus est, & cū tricentis eqs versus Baizetū Turcoꝝ impatorem fugit. Cūq̧ in Byaligrod qđ sonat albū castrū iuxta mare ponticū ꝑuenisset, intellexit se captiuandū mādato impatoris Baizet. Iccirco prepeti cursu retro cū qnquaginta eqs fugit, & in campos ꝓpe Kiow euasit. Capitaneus v̄o Kiouieñ ꝑ exploratores de ipso certior redditus, circūdedit eum cū suis & captiuauit, In Vilnamq̧ lithuanis misit, vnde aliquotiens fugerat & cōsecutus cōprehensus & reductus est. Alexandro aūt rege Polonie & magno duce Lithuanie cōuentionē gnalem in Bresce Rutenoꝝ

agente, aduenit mandato eius Sziachmet ex Vilna, & magnifice ꝑ regē Alexandrꝝ ad vnū miliare in obuiū sibi eunti susceptus est. Deinceps in Radom ꝑ Polonos vt reduceret̄ in Thartariā trans Volham, cōductis aliquot milibus armatorū leuis armature decretum est. & vt cōpetentior reductio & a suis laudabilior susceptio fieret, premiserūt Kazak Soltan fratrē germanū Szachmet. Qui trans Volham ꝑuenit & cū Albugerim czar patruo Szachmet, in Czahadai terra eoꝝ connata morat̄. Sachmet v̄o ꝓ expeditione armatoꝝ in Lithuaniā transiens, ad suggestionē Mendligeri Prekopeñ impatoris captiuatus est denuo ꝑ Lithuanos & in Kowno qđ est castrū iuxta mare Balteū detrusus ac incarceratus est. Vere Sachmet i. martirisatus a suis nūcupatus.

¶Capi. nonū, q̄ gentes Scithie inqete sunt & semper rapaces.

NOn possunt Thartari in qete viuere, quin semꝑ vicinos impetant ac inuadāt. prędāq̧ ex spolijs hominū & pecorū abigant & reportent. & hoc cōmune est oīmibus hordis thartarorū, ab exordio & ingressu eoꝝ in hanc diem. Vnde pauca ꝓ multis exēplificando. Anno dn̄i millesimo ducētesimo quinquagesimoquarto. Ingens thartarorū exercitus ex multis legiōibus cōflatus & ꝑ gentes Rutenorū atq̧ Lithuanorū adauctus, cū ducibus thartarorū Nogay & Thelebuga post festū sancti Andreę in terrā Sandomirieñ aduenit, transiensq̧ ꝑ glacies induratas fluuij Visle, tā ciuitatē q̧ ecclīas eius incēdit. castrūq̧ in qđ vniuersa Sandomirieñ regio cū vxorib⁹ pignoribus ac fortunis confugerat cinxit, & illud nocte & interdiu expugnauit. sed cū nō pręualuisset, duces Russie Vasilko & Leo filij Danielis regis Russie dolose suaserūt omagiū & subiectionē præstituros ꝓpter securitatem. qđ Sandomirieñ fecerunt. thartari aūt fide violata clamore valido & cōcursu inuecti in castrū, oēs crudelib⁹ supplicijs truculētissime enecauerunt. fluxitq̧ sanguis occisoꝝ de colle arcis, tanq̄ qdam riuus in Vislam. Alios v̄o hoīes occidere fastidiētes,

tanq̄ gregem cumulatos in Vislam impulerũt & submerserunt;
Effusiqꝫ e Sandomiria thartari, ducatũ ꝓbentib⁹ Rutenis in Cra=
couiã veniẽtes & eã vacuã habitatoribus reꝑientes, in tecta & va
litudinarios seuierunt. tribusqꝫ mensibus grassati, nullã resisten=
tiam passi: onnsti pręda in Thartariã reuersi sunt. Præterea apud
Cracouiam puer natus vix semestris (mirabile dictu) articulata
voce thartaros venturos & Polonoꝝ capita pręcisuros pędixit.
Cũctis tremẽtibus interrogatus, an ipse etiã thartaroꝝ aduentũ
timeret. Respõdit plurimũ sese timere cum inter alios suũ caput
essent præcisuri. Et ecce sub intensissimis frigoribus & densissi=
mis niuibus ferocissima gens thartaroꝝ famem sedatura, ducib⁹
Nogay & Thelebuga. Primũ in Lublienses & Mazouie, expost
in Sandomirieñ Siradieñ & Cracouieñ oras, in nũero locustarũ
venit. A castro & ciuitate Sandomirieñ cũ ignominia & strage,
militibus q in pręsidio erant strennue tutantibus repulsi. Plures
ecclias; monasteria & munitões obtinuerũt & incẽderũt. Ad Cra
couiam aũt in vigilia natiuitatis christi applicantes & eã expug=
nare adorsi, aliquot insignes eorũ ammiserũt, vlulatuqꝫ edito ab
ea discesserũt & depopulationẽ cum spolijs longius extenderũt.
Dux Lesko niger de viribus suorũ militũ diffidens in Hungariã
cum Griffina sua cõiuge secessit. Et thartari grassantes ad alpes
Pannonias & ad Slesiã ꝑuenerũt. Terris itaqꝫ prędictis spoliatis,
sacerdotib⁹, lactãtibus, & senibus trucidatis cũ ingenti pręda ho
minũ ac pecorũ abscesserñt, quã apud Vladimiriã Russie parci=
entes, viginti vnũ milia de virginibus dũtaxat nondũ nuptis cõ=
putauerũt, ex quo multitudo ceteroꝝ viroꝝ & feminaꝝ poterit
estimari. Eodẽ fere tẽpore thartari ꝑ Cumanos inducti, Hunga=
riam cedib⁹ & spolijs vsqꝫ ad Pest vastauerũt. & in ea ab octaua
epiphaniaꝝ, vsqꝫ ad festũ pasce commorati sunt. Item eodẽ anno
thartari impium Cõstantinopolitanũ inuaserũt & plurimis homi
nibus trucidatis, multa loca desertauerunt. Vnde ex his liquet ꝙ
thartari nunq̄ sine spolijs viuũt, & ꝙ vicinas gentes turbãt & in
uadunt, veluti istis annis thartari Pẽcopenses sepenũero Vala=

chiam Russiam Lithuaniã & Moskouiã affligunt. Thartari vero
Nohaienses & Kosanenses Moskouiã inuadunt & spolijs atqꝫ ce=
dibus implent.

Tractatus secundus.

¶ Capitulũ primũ quę gentes q̃ ve natio habitat
in Scithia q̃ nũc Thartaria vocat̃.

CVm sunt tricenti & sex anni ꝙ thartari ingressi
occupauerũt Sarmatiã Asiaticam seu Scithiam,
pulsaret forsan quẽpiam dubitatio quæ nã gen=
tes inhabitarũt præfatã sarmatiã asiaticã, & nũc
& priscis tꝑibus scithiã appellatam. Ad hoc ex
precedẽtibus facile est scd'm historias rñdere, qm̃ Gothi illas ter
ras tempe aduẽtus & ingressiõis thartaroꝝ incoluerũt, a vicinis
Polowci nucupati, qd' sermone slauorũ rutenoꝝ & moskouitaꝝ
rapaces & spoliatores sonat, qa tũc Gothi queadmodũ nũc thar
tari, tanq̄ canes venatici vicinas inuadentes natiões molestabant
& spoliabant. Sed altius exordiendo dicamus ꝙ scd'm Ptolomeũ
pheludianũ in scd'o quadruptiti. angulus aqlonis septẽtrionalis
vbi nũc resident thartari est de partitiõe trianguli signorũ septẽ=
trionaliũ aereoꝝ. Dominat̃ qꝫ in eo saturnus cum signo aquarij. q
reddit prefatum angulũ ferocem & horrendũ scd'm incolas eius,
sic em̃ inqt idem Ptolomeus. Qui in cõfinibus terrarũ Sarmatie
& terre Ascarde cõuersant̃ aquario & saturno assimilant̃. Vnde
maioris sunt crudelitatis, qualitatesqꝫ animarũ suarũ ferocissimę
hæc ille. Maligne siqdem est influẽtie ille falcifer saturnus, & hu=
mano generi infestissimus. suis contrarijs qualitatib⁹ frigiditatis
& siccitatis semꝑ cõtrarius. Ex illo ergo angulo cõsurrexerũt &
vsqꝫ in hanc diẽ insurgũt natiões rigide & crudeles humanũ ge=
nus ꝑturbantes. scd'm ꝙ Ieremias primo capitulo dixit. Ab aqui
lone pandet̃ om̃e malũ suꝑ om̃es habitatores terre. qd' cui place=
ret examinare, manifestissimũ & verũ (qa diuinũ oraculũ) appa=
rebit. Ibi em̃ historie & Ptolomeus in loco præallegato tradunt

mulieres q̃ amazones dicunť habitasse, illis tꝑibus terror mũdi.
Nam fragilitate sexus abiiecta. plures terras vexauerũt. Asiamq̧
minorē occupauerũt & Ephesum famosam vrbē cōstruxerunt.
His deletis & extermĩatis successerũt alie natiões, scithe cōmuniť
nucupate, orbi terrarũ vt sepe moleste. tandē supuenerũt Gothi
q & gete vocanť, quorũ captiui a Græcis & comicis eoꝝ geta &
a dacia dauus & dacus, tanq̃ slaui & serui tenti & nucupati fuerũt.
Hi lōgo tēpore possederũt illas terras, ciuitatesq̧ & castra mura-
uerũt, præda tñ vt semꝑ vixerũt. Donec ex Iuhra, a finibus septē-
trionalis scithie supuenerũt Iuhri, q postea Hugui deinde Hun-
gari sunt dicti, hi Gothos sui multitudiue ꝑtulerunt & expulerũt.
Ciuitates tñ & quædã castra non obtinuerũt. Gothi pulsi alienas
sedes intrauerũt. Primũq̧ Alanos Roxolanos Rutenos & Van-
dalos eiecerũt. tandē iuxta mare ponti cōmorati, Bulgariã Tra-
ciam & impium Constãtinopolitanũ iuaserũt. quos Zeno impa-
tor ꝑhorrescens & suspectos hñs ad Italiam liberandã de mani-
bus Odoacri Eruli misit, ꝓut infra diceť. Vandali vero & Alani va-
gi, a Constantino magno sedē pecierũt, & ꝓ mansiõe Pannonias
acceperũt. De his specialiť inferius tangeť. Iuhri aũt multiplicati
ꝑ flumina magna transeũtes, vt ferť ꝑ venatores ceruã sequentes
ducti & aĩati, terras Russorũ intrauerũt & Pannoniã ꝓpere ag-
gressi sunt. Præficiētesq̧ eis Attilam in ducem, fere toti Europe
molesti fuerũt. Deiceps Gothi q supremãserant, pace oblata mul
tiplicati sunt, & thartaros inuasores imo & exterminatores, ꝓut
in principio huius operis diximus acceperũt. Hæc summarie de
habitatoribus Sarmatie Asiatice dicta sunt. in sequētibus autem
amplius & particularius diceť.

¶ Capitulũ secundũ de Gothis.

GOthi de scithia pulsi, partim in thaurica insula,
& iuxta eã, iuxtaq̧ mare ponti, cōmorati sunt.
partim vero cũ Ragaso rege eoꝝ plusq̧ ducenta
milia Italiam inuaserũt, & cum Roma tremeret,
& tantã potentiã expauesceret. Multitudo eoꝝ

in aspero mōtis Fesulani iugo, inedia consumpta est. Captusq̧ &
in vincula cõiectus est Ragasus rex, exercitus vero eius tanq̃ pecu
des disiiectus trucidatus & venũdatus est. Hi aũt q circa thauricã
& pontũ sederũt, bifariã diuisi sunt. & q cũ duce Alarico ad occa
sum in Italiã & Galliã, ꝓfecti sunt Vissigothi i. occidentales gothi
vocati sunt. Qui vero cũ principe Frigiderno in locis suis ad mare
ponti ꝑmanserũt Ostrogothi hoc est orientales gothi sunt appel-
lati. Exinde aptum & manifestũ est vnde ostrogothi & vuisigoti
dicti sunt. Patet etiã ꝙ gothi sub rege Dacie in gothia degentes,
friuole & inepte eis noĩa ostrogothorum & vuisigothorũ appro
priant, cũ nõ de ipsis, sed de his quos diximus circa Pontũ & Mi-
siam cōmorantibus, & illis ad Gallias transeũtibus, orientales &
occidētales gothi primũ & vere dictũ sit. Illi aũt in Gothia in sep
temtrione ad oceanũ in terra algidissima, haud in oriente degũt.
Maleq̧ & absurde aliena nomĩa eis vsurpant. De hoc vide paulũ
diaconũ lib. xvi. capi. ij. Oriētales quoq̧ gothi Misiam & Traciã
ceterasq̧ cōstãtinopolitani impij, ꝓuincias ingressi sunt, quos im-
pator expauescens & ab impio cōstantinopolitano semouere cu
piens, cũ Teodorico rege eoꝝ ad liberandã Italiam contra Odo
acrũ misit. Hi ꝑ Seremiũ & Pannoniã gradientes, cũ ꝓpe Aquile-
giam circa fluuiũ Sonciũ se suaq̧ iumēta reficerēt & pabularent,
Odoacrũ cũ grandi exercitu venientē & eis oppugnationē infe-
rentē fuderũt. Qui fugiens Romã ꝑuenit, & qa clausas ei portas
repit, retrocedēdo ad Rauennã cucurrit. quē Theodoricus obsi-
dione cinxit. & post trienniũ cũ eo cōpositiõe facta dolo occidit,
totiq̧ Italie dñatus est. Qui autē reges gottorũ in Italia Gallia &
Hispania fuerunt de facili ex historicis colliges. qm̃ de his non est
mihi intētio pricipalis scribēdi. Iuhris aũt siue Hungaris de Sar-
matia asiana in Pannoniã abeũtibus reliqe Gottorũ aucte & mul
tiplicate sunt. quas thartari ab oriente supuenientes in toto dele-
uerũt. sed & ciuitates castraq̧ demoliti sunt. vt solum in thaurica
insula residui repirenť. Veꝝ Ianuenses ex Italia Theodosiam seu
Caffam vrbē famosam in Thaurica insula sub ipsis obtinuerunt

& coloniã fecerũt, tandẽ thartari de familia Vlanorũ de ꝗbus in⸗
fra dicet̃ ꝑ portã ſeptẽtrionalẽ inſulã ingreſſi, totã cũ opidis pa⸗
gis & campis occupauerũt, ducibus de Mankup (ꝗ generis & lin
gue gothorũ fuerũt) dũtaxat caſtꝝ Mankup retinẽtibus. Poſtre
mo Machomet octauus imꝑator thurcoꝝ auus moderni Selam
beci imꝑatoris thauricã inſulã cõprehẽdit. Caffam expugnauit,
thartaros Pr̃ekopenſes ſeu Vlanos cũ toto Cheroneſo omagia⸗
les ſibi fecit. Et vltra inſulam ad ſeptẽtrionẽ caſtrũ Azow in ripa
Tanais incaſtellauit & in hũc diem thurci tenẽt. Binos quoqꝫ du
ces & fratres de Mankup vnicos gothici generis ac linguagij ſu⸗
ꝑſtites (ha ſpẽ gregis gothoꝝ ꝓlificãdoꝝ) gladio ꝑcuſſit, & caſtꝝ
Mankup poſſedit. Sicqꝫ gothi penitus, tã circa ſarmatias ꝙ̃ in Ita⸗
lia Hiſpania & gallia extincti ſunt, nec eoꝝ genologia ꝑamplius
¶Capi. terciũ de Alanis. Vandalis & Sueuis. (cõparet.

A Lani fuere gentes in alania regiõe ſarmatie eu
ropiane, flumini Tanai cõtigue & cõtermine.
Et eſt regio plana ſine mõtibus, paucas ſimoſi⸗
tates & colles habens. caret colonis & habita⸗
toribus, qm̃ ab inuaſoribus eiecti & diſꝑſi, in
alienis ꝓuincijs cõſumpti & extĩcti ſunt. Stant
campi Alanie late ꝓfuſi, tam alanis ꝙ̃ aduenis poſſeſſorib⁹ orbati
ac deſerti. dũtaxat interdũ Kazaci eam ꝑtranſeũt, querẽtes vt mo
ris eorũ eſt quẽ deuorent. Kazak thartaricũ nomẽ eſt, Kozak v̾o
Rutenicũ. valens in lingua latina ſeruilem ſtipẽdarium, graſſato⸗
rem ſeu reytteronem, ſpolijs em̃ viuũt, nulli ſubiecti gregatim la⸗
tiſſimos & vacuos campos tres ſex decem viginti ſexaginta &c.
nũero ꝑcurrẽtes. Creſcit in illa terra calamus aromaticus vberri⸗
me (tatarſkye zele) a Polonis noĩe a thartaris mutato nucupatus.
qm̃ nõ longe a thartarorũ regiõe creſcit & multiplicat̃. Aſt Van
dali ſunt & fuerũt populi germanie vt ſuis traditiõibus celebrãt
Plinius. Suetonius Tranqllus, & Cornelius Tacitus. ſecus flumẽ
Vandalũ, a regina eorũ in libamẽ & ſacrificiũ dijs ſuis ꝓ victoria
ex inimicis adepta, ſponte in ipſo ſubmerſa appellatũ. Hoc flumẽ

Iſtula & Viſla vocat̃. Vt aũt de vandalis cõpletior hiſtoria reffe⸗
rat̃, accipiendũ eſt ꝙ Slaui ex Iauan filio Iaphet ꝑ Heliſam ꝓcreati
ſunt. Noe ſiqdem genuit Sem Cham & Iaphet. Iaphet v̾o Iauan
quartogenitũ & fratres eius. Iauan iuxta mare Ioniũ & Egeũ græ
cos edidit & mł̃tiplicauit, ſimul & Heladicos ſeu Eolios, ſlauoſqꝫ
ꝑ filiũ ſuũ Heliſam ꝓpagauit, a Iauan em̃ Ionium mare dictũ eſt.
Hebrei quoqꝫ Ionios & græcos lingua eorũ Iauan vocitant. Hæc
eſt ſententia Ioſephi de filijs Noe. Slaui itaqꝫ mox poſt grecos ad
occidentẽ terras poſſederũt, Seruiã. Raſciam. Dalmatiã. Miſiam
Bulgariã. Boſnã. Croaciã. Pannoniã & Slauoniã. Fuerũt aũt prin
cipes Lech & Czech bini fratres, Iauan nepotes, de femore He⸗
liſe deſcendẽtes. Croaciam ac Slauoniã ꝑ Krupam fluuiũ rapidũ
& velocẽ diſtermĩatas, ſorte cũ cognatiõe & familijs eorũ inhabi
tantes, regiã locũqꝫ principalẽ ſue reſidentie in Pſari caſtro ac vil⸗
lagio eius nominis tenẽtes, villa vſqꝫ in hodiernũ diẽ cũ ſuo noĩe
Pſari, ꝑmanet ad fluenta Krupe, plures iubaiones & colonos, no⸗
ſtro euo etiã linguagij ſlauonici habẽs. Caſtrũ v̾o demolitũ, ſolas
ruinas & fundamẽta arcis demõſtrat. Cum aũt ex multiplicatiõe
hominũ & genelogiarũ Dalmatia Croacia & Slauonia eas nõ cõ
præhendentiũ ſepenũero iurgia & cedes inter fratres, principes
& cognatos pullulabãt. Quaꝓpter prefati duces Lech & Czech
vitãdo peſſima facinora, patricidia & mortes hoĩm anio cõcordi
& cõſilio ſalubri, collectis rebus & gẽtibus eoꝝ, ꝑ familias & co⸗
lonias cũ tota ſupellectili quãtulacũqꝫ tũc habebat̃, relictis ſedib⁹
natiuis, ad occidẽtales diuerterũt regiões exploratũ ire & ꝑcon⸗
tari nouas ſedes. Sciebant nãqꝫ oriẽtales meridionaleſqꝫ regiões
colonis & habitatorib⁹ occupatas atqꝫ reffertas, & iccirco fruſtra
eas aggrediẽdas & querẽdas. Profecti itaqꝫ ꝑuenere in Morauiã
& Bohemiã, & luſtrata vniuerſa illa regiõe, vaſta qdem & nõdũ
culta. Perſpecta & aura eius ſalubri & gleba fertili, fixerũt tento⸗
ria in mõte q Rzip dicit̃. cepitqꝫ Czech frater minor, loci ameni⸗
tate delectat⁹, a maiori natu germano ſuo Lech plurimis inſtãcijs
petere terras Morauie & Bohemie in hereditatẽ ſuam, poſterũqꝫ

ſuorum ꝑpetuādas & populandas. Lech aūt ad obeundā & nutri
endā beniuolentiā fraternā, cōdeſcēdit votis petitiōibuſqꝫ Cech,
& valedicens ꝓceſſit cū ſuis verſus orientē & ſeptētrionē. Deue
nienſqꝫ in terras incultas, a nemīe vnq̄ habitatas Sleſie & maioris
Polonie, ſuos ſuaqꝫ oīa expoſuit & firmauit. Multiplicatiqꝫ Le
chite q & poloni in his locis maioris Polonie & Sleſie, creuerunt
deo volente in maxīo nūero, & impleuerūt Vandaliam i. Poloniā
iuxta flumē Vandalū q nūc Viſla nominat̄. Impleuerūt Pomera⸗
niam Caſſubiā & totā regionē ſecus mare Germanicū vbi nūc eſt
Marchia Lubek & Roſtok vſqꝫ ad Veſtphaliam. Sortitiqꝫ ſunt va
rias nomīatiōes ſcd'm varietatē locorū q̄ inhabitarūt, & hi qui pe
nes fluuiū Sueuū, nūc in theutonico Spre ſeu ſprewa dictū, com
morati ſunt, Sweui nūcupati. & alij iuxta eos Burgundi a calis &
aceruis quos lingua ſua Polonica (brogy) vocant, appellati ſunt.
Sicqꝫ de reliqs (Dreuyanye & Trauyañe) a copia lignorū & gra
minū noīa ꝑceperūt. Tempore aūt imꝑatoris Auguſti, vt reffert
Bergomēſis in ſupplemēto Burgundoꝝ octuaginta milia ex ſep
tētrione veniētes ripas Reni inſederūt, quos Druſus & Tiberius
nepotes Octauiani, vt reffert Paulus Oroſius, expulerūt & repe
dare in cōnatas ſedes cōpulerūt. Tandē Druſus Renū & Albim
fluuios tranſeūdo pugnauit (albis fluui⁹ ē ꝑ Bohemiā & Miſnam
vſqꝫ in mare germanicū decurrēs labya in bohemico nūcupatus)
& in Sueuos & Burgundos incidit, qbus cū cruentiſſimā pugnā
egit cū victoria, ſed victor Druſus in eodē prꝫlio ꝑ ferociſſimam
Sueuorū gentē necatus occubuit, & in Magūtiam relatus, ſepul⸗
tus qeuit. Exinde ceſar Octauian⁹ vt miteſcerēt ſub mitiori celo
ſueuos vt inqt Suetonius tranquillus traduxit in Galliam atqꝫ in
ꝓximis Reno agris collocauit, vbi vrbs auguſta in honorē imꝑa⸗
toris Auguſti ſtructa eſt, q tranſlati in hanc diē Sueui a priori pa⸗
tria & Vindelici a linguagio Vindelicoꝝ atqꝫ Slauoꝝ nominant̄.
Ipſaqꝫ vrbs auguſta, vindelicoꝝ auguſta dicit̄. Hæc refferūt præ
fatus Suetoni⁹ tranqllus & Martinus in ſua Martiniana ꝑte ſcd'a
ſub deſcriptione ceſaris Auguſti, tametſi Sueui de ꝓuincia eoꝝ

cis mare Germanicū ſita educti fuerūt. alij tn̄ Poloni Vindelici &
Slaui ſubintrauerūt & illā regionē repleuerūt. Vnde tꝑe Valen⸗
tiniani imꝑatoris vt dicit Oroſius & bergomēſis in ſupplemēto.
Burgundi iteꝝ ex ſeptemtriōe de terra Vindelicoꝝ ſurgētes ad
Rodanum fluuiū ꝑtranſierūt, & qa pacifice illas terras coluerūt a
vicinis eorū intacti Burgūdiam ex ſuo noīe vocatā conſtituerūt.
Sed Vindelicos circa Lubek. Roſtok. Mekelſbug & fluuiū Sue⸗
uum, imꝑatores Henrici, tanqꝫ gentiles Chriſtū colere nolentes
expugnauerūt. Sicqꝫ ad extremū Henricus tercius deuictis prꝫ⸗
dictis gētibus: theutōicos in eoꝝ loca induxit & locauit. Reffert
quoqꝫ hiſtoria eiuſdē Henrici tercij, ꝙ q̄tuor reges Vindelicorū
capti diebus feſtis & diebus coronationis ſue, leberes & caldaria
in ignominiā eoꝝ ad coqnam eius ferebant. Veꝝ tn̄ verū vſqꝫ in
hodiernā diē ꝑdurant vindelici ſeu ſlaui in illis locis circa Lubek
Roſtok Miſnam & Marchiā nō in vrbib⁹ ſed in pagis & villagijs,
p̄cipue hi q Sarbi & Vinde vocant̄. Permanēt & noīa polonoꝝ
atqꝫ Vindelicoꝝ priſca in nominatiōe locoꝝ caſtroꝝ & ciuitatū,
Nam Lubek Roſtok Mekelſburg &c̄. noīa ſunt Polonica.

¶Capitulū quartū. Cōtinuatio de Vandalis Alanis & Sueuis.

EXpulſi Alani e ſuis ſedibus ad Vandalos decli
nauerūt, & ſimul Pannoniā intrauerūt, ipſamqꝫ
q̄ſi ſexaginta annis inhabitarūt, poſtea Rempu.
Romanorū inuadētes Gallias afflixerūt. Et ex⸗
inde vt refferūt hiſtorici ad Vandaliā ſeu Polo
niam redierūt, & vſqꝫ ad tꝑa Stiliconis cōmorati ſunt. Intulerūtqꝫ
(vt ex qbuſdā ſignis coniicio) imenſam multitudinē argenteorū
cū figura & efigie Adriani imꝑatoris, ꝓut titulus & ſuperſcriptio
oñdit. quā monetā in hanc diē eſt reꝑire apud Polonos ſecus de⸗
curſus aquarū & illuuia pluuiarū & in campis in cultura agrorū,
vocantqꝫ eam ruricole denarios ſancti Ioannis baptiſte, ꝓpter ex
preſſam imaginē capitis & colli ad ſilītudinē capitis ſancti Ioānis
in diſco. Temꝑe aūt Honorij imꝑatoris Stilicon comes Roman⁹.

cupiens filio suo Eucherio apicē & culmē imperij cōq̄rere Vandalos. Sueuos Alanos & Squados concitauit ad arma & ad pturbandū dominiū Romanorū. Qui in Gallijs debachātes diuina & humana pessundarūt atq; destruxerūt. Deinde Gothis cedentes Hispanias penetrauerūt & nūc has nūc illas terribili mēte afflixerunt. Deinceps ad Affricā occupandū, p Bonifaciū principē Ro. euocati transierūt, & illam ferro & igni vastātes conq̄siuerūt. Primo itaq; anno Graciani puta anno dñi tricentesimooctuagesimo primo & deinceps, sup Vandalos de regno Polonie exeuntes regnauit Modigisilus annis triginta. Post hūc filius eius Gūdericus in Hispanijs annis sedecim, hic capta Hispali, cū manus in ecclīam ipsius ciuitatis extēdisset a demone correptus interijt, cui Gensericus frat' successit vt reffert Paulus diacon' ab hispanijs ad Affricam transiens, cūctam pene affricam, ferro flamma rapinis crudelissime deuastauit, fidē catholicam impietate arriana infectus subuertit, episcopos exulauit. Sub hoc turbine, teste eodē paulo diacono & Possidonio btūs Augustinus epūs Hipponeñ, ne sue ciuitatis ruinā cerneret expletis annis vite sue septuaginta sex migrauit ad christū. Deinde Gensericus Cartaginem inuadit atq; capit cū validissimo exercitu ex Affrica aduectus Romā spoliat, multa milia captiuoꝝ cū regina Eudoxia & duabus filiabus in Cartaginem duxit, quā Transamūdo filio suo i matrimoniū copulauit. Campaniā & Apuliā flammis cōsumpsit. Capnā & Nolam pari ruina strauit. Inter has pcellas vir pijssimus Paulinus Nolane vrbis epūs, pro cuiusdam vidue filio sese in seruitutē tradidit. regnauit Gensericus annis q̄dragitaocto. eo mortuo successit Honoricus filius eius. q effugatis amplius q̄ cccxxxiiij. catholicis epis, & ecclesijs eoꝝ clausis, plebē varijs supplicijs affecit, & q̄dem inumeris manus & linguas abscidit. Illis tñ expeditissime loquētibus: vt reffert btūs Gregorius in iij. libro Dialogoꝝ & Paulus diaconus in gestis Ro. Tandē iudicio dei pcussus: scatens v̄mibus, miserabiliter expirauit. Post hūc Guntamūdus nouem annis regnauit. Post quē Trasamūdus q ccxx. epōs in Sarduna exilio relegauit.

Deinde anno dñi q̄ngētesimo vigesimo regnauit Hildericus filius eius ex Eudoxia filia Valentiniani imꝑatoris a Genserico captiuata genitus. hunc pater Trasamūdus ad mortē veniens: sacramenti nodis astrinxit, ne vnq̄ in regno suo catholicis consuleret. Qui mox patre mortuo anteq̄ regnū susciperet: omnes catholicos ab exilijs iussit reuocare, & epis ecclīas reformare. regnauit annis octo. Hunc Gilimer pimens: annis qnq; post eū regnauit, qui tante crudelitatis fuit vt nec parētibus parceret. Tandē Bellissarius patricius a Iustiniano imꝑatore missus est ad affricā. q magnas copias Vandalorū fudit, regēq; eoꝝ Gilimerū viuum capiens catena argētea vinctū Iustiniano Constātinopolim misit. Sic vandalorū regnū in affrica destructū est. Habes ex predictis q Vandali Sueui & Burgundi fuerūt de regno Polonie, a locis Polonie que inhabitarūt appellationē & noīa sortiti. linguā & sermonē Polonicum ꝓfitentes & loq̄ntes. Habes scd'o q præfati populi Vandali Sueui & Burgūdi. germani & nō sarmate neq; scithe fuerūt. Ideo Sigilbert' Vincētius in speculo historiali & ceteri antiq̄ores incōcinne & iniuste scithas fuisse scripserūt. Collige tercio q pre dicte gentes nō de Scandia insula sed de Polonia oriūdi, partem Europe occidentalē & Affricam pturbauerūt' Vnde nō recte antiq̄ores dixerūt eos scithas ex scandiuania insula. cū scithia ꝓprie sit post Tanaim in Asia ad orientē. Scandia v̄o siue scandiuania fuit & est ad occasum solis post mare germanicū in septemtriōe, Dacie coherens: quā rex Dacie possidet. multis milibus passuū a scithia distans. Valde ergo indistincte ac imptinent': & iam dicte gētes, alani q gothi & hugui ab inexptis de scandia dicunt' exisse, cū in ea nūq̄ fuerūt, nec eam penetrauerūt aut cōtigerūt. Collige quarto q Poloni Bohemi Sueui & oīa genera slauorū, post diluuiū in hanc etatē in suis sedibus & cōnatis regnis pmanēt & nō aliūde supuenerūt. Nec est verū q fassus est Blondus (salua venia tanti historici in alijs doctissime scribētes, & modernoꝝ seq̄ciūq; eorū) q slaui a Tanai & Bosphoro ascēderūt in Iliricū Dalmaciā & Croaciā. Lech quoq; & Cech pricipes Polonoꝝ & Bohemoꝝ.

ad occidentē diuerterūt, & terras Vandalorꝝ post egressum ip-
sorū in Gallias intrauerūt. Cū slaui in ipsorꝝ ꝑuincijs & principes
Lech & Cech in Polonia & Bohemia a diluuio in nostram etatē
ꝑmāserūt. ꝑmanēt & deo fauēte ꝑmanebūt. Verū tñ vetꝝ Ruteni
cū suis pricipibus ascēderūt eo tpe & alijs de Russia & Bosphoro
in Illiricū & Croaciā & spolia refferebant pinguia. nec illic ꝑman
serūt. Etiam exeunt de Vandalia seu Polonia armigeri sexaginta
milia, nōnūq̄ centū milia ad oppugnandū hostes, nec ꝑ hoc deser
tatur regnū Polonorū. Cū ciues, mercatores, & coloni agrorū in
opidis & villagijs intacti ꝑmanēt, absq; desolatiōe, sic ꝙ non sint
loca ingredīēdi & occupandi exteris, sicut fuit & tpe Honorij cę-
saris qñ Vandali pugnatores dūtaxat exiuerāt in Gallias. Et ad-
huc inqunt historici, ꝙ regressi Vandali (q primū gallias afflige-
bant) sedes eorꝝ in Vandalia inhabitauerūt, ergo alij ipsas nō oc-
cupauerunt. Collige qnto ꝙ linguagiū Slauorꝝ amplissimum est,
& diffusum, plurimas terras & prouincias possidens. veluti sunt
Seruij/Misij/Rasci seu Bulgari/ & Bosnen. thurco hac tēpestate
subiugati. Veluti sunt Dalmate/Croate/Pannonij/Slaui/Carni/
Bohemi/Moraui/Slesite/Poloni maiores & minores/Mazouite/
Pomerani/Cassubite/Sarbi/Ruteni/Moskouite. Hi omes Slaui
& Vindelici sunt ꝑ ampla regna inhabitātes. Sed & Lithuani iam
slauonisant. Nugardi quoq; Pleskouien. Smolnenses & Ohulici.
vide cronicas eorū & cosmographias. Collige sexto, ꝙ cis mare
Germanicū, Poloni/Sueui & Burgūdi, cōsumpti & exterminati
sunt ꝑ Henricos impatores, dūtaxat Sarbis & Vindis seu vinde-
licis adhuc manētibus, vt expræssum est supra.

¶ Capitulū qntum de Iuhris.

Vhri de Iuhra terra Scithie septētriōalissima &
frigidissima, iuxta oceanū septētrionis, a Mosko
uia ciuitate Moskorꝝ ad orientē & septētrionem
qngentis miliaribꝰ magnis Germanicis distante,
ascenderūt & venerūt ꝑ terram planam ad meri-
diem in regionē gothorū in scithia, vbi nūc thartari Czahadaieñ

seu Zauolhēses degūt. Presserūtq; sui multitudine & eijecerunt
gothos de gothia in sarmatiā. Cūq; coaluissent & pene in infinitū
multiplicati fuissent. Audiētes a venatoribus (q ceruā sequētes
trāsierant flumina Volhe & Tanais) ꝙ esset terra Sarmatarꝝ Eu-
rope fertilior & aure miciorís. coaceruatim ꝑfata flumia transna
tantes, sarmatas & rutenos cōflixerūt, gothosq; insequētes, cū eis
in Misia & Tracia bellarūt, & eos suparūt. Intrantesq; Pannoniā
solo, vino, & regiōis vbertate delectati, mansiōne in ea fixerunt.
Maternū & Detricū capitaneos Romanorū cū eorꝝ gentibus ag
gressi cōflixerūt, & Materno occiso: Detricum in fugā verterūt.
Preterea regē ellegerūt & supra se cōstituerūt virū vafrū animo
sum & strennuū Attilam nūcupatū, quem hungari suo idiomate
(ethele) vocant. Is aduocatis & recensitis multis regibus & gen-
tibus, Gallias ingressus: eas tirannicē & crudelicē vastauit. Et cū ad
campos Cathalaunicos lōge lateq; patētes deuenisset. Ethius Pa
tricius cū Romanorꝝ cohortibus, cū Theodorico rege Gothorꝝ,
multisq; alijs gentibꝰ aduersus eū accelerabat. Quo compto At-
tila aruspices de victoria cōsuluit, q inspectis extis, supatū iri in-
feriorēq; ipm in illo bello fore dixerūt. adijciētes ꝙ maior de in-
imicis occideret, putabatq; attila ꝙ Ethius suprēmꝰ dux partis ad
uerse caderet, aliquō de morte ipius gaudēs (terribilis em visa ē
ei potencia Ethij) acies ordinauit & instruxit: cautelosesq; ad vesp
um, nō in meridie, tubas canere iussit & cōgredi. Vbi nūerosissi-
mus populus cesus est, & Theodoricus rex gothorū nō Ethius,
quod Attila optabat: cecidit & occubuit. Attila videns se victū,
se & suos inter currus in mediū castrorꝝ recepit. Nox em̄ aderat,
præcepitq; e sellis eqtum in strugē congestis focū accēdere, vt si
impeteret: præcipitaret sese in ignē & arderet, pocius q̄ in manus
hostiū deueniret. Altera aūt die Thorismūdus filius Theodorici
regis Gothorū, vltum iri cupiens necē genitoris, contra Attilam
acies instruebat. Ethius vo suspectam habēs potēciam gothorū
tanq̄ & hugnorꝝ: psuasit Thorismūdo vt obmissa pugna ad possi
dendū soliū paternū ꝑperaret, ne frater eius regnū ꝑoccuparet,

quo ꝓmotus discessit. Ethiusq̃ & om̄is exercitus ipsius solutus
recessit. Tunc Attila exhilaratus, spes iniquas vlcionis coquebat,
& e loco secedens vrbem Remēsem obsedit & expugnauit, san-
ctumq̃ Nicasiū eiusdē vrbis præsulē cū sorore eius Eutropia, &
om̄ibus ciuibus trucidauit. Ad Trecas aūt cū accessisset. occurit
ei pōtifex sc̄tūs Lupus & ꝑcontādo dixit. Tu q̄s es, cui ille Attila
sum inq̄t flagellū ire dei. & Lupus arrepto freno equi eius intro
duxit eū cū suo exercitu in ciuitatē dicens. Bene veneris flagellū
ire dei. Ille autē cū suis cecitate ꝑcussus: vt aiunt ꝑtransijt vrbē in
partē alterā pacificus. Mulier aūt pauꝑima habens decē filias ti-
more ꝑculsa de suburbio fugebat. filiā postremo editam & in bi
matu natam, in sindone ad collū ligata gestabat, duasq̃ minoren
nes puellulas in iumēto qđ ante se pellebat portabat. relique filie
circū circa matrē gradiebant̄ & ambulabant. Hanc cū bellatores
Attile cōsecuti sunt, filie eius territe ad matrē cōcurrerūt. mater
aūt stupida & sui incōpos, viso fluuio ꝓperant̄ currebat: volens
se precipitare & in fluuio submergere. sed milites eā insecuti, in
ripa fluuij rapuerūt & cū filiabus ad Attilam ꝑduxerūt. quę sup-
plex ad terram ꝓcidens gr̄am pręcabat̄. Cui Attila misertus da-
tis plurib⁹ nūmis & vestibus: liberā cū ꝓle sua dimisit. sed & alijs
q̄ cum ea adducti fuerūt ꝓpter ipsam peꝑcit. Deinceps Attila in
Germaniā descēdit. castraq̃ opida & villas eius vastabat. donec
audiret q̄ Ethius & Gothi denuo nouū militē cōtra eū pararent,
quo ꝑmotus ad Pannoniā abscessit, & renouato exercitu, vir vlti
uus in Italiam ꝑ Stiriam & Coritaniā ꝓperabat. Ab exploratori-
bus aūt certior redditus q̄ Ethius & innūere gentes in radicibus
alpiū oꝑirent̄ eū. declinauit & diuertit ad Dalmatiā & Histriam,
euersisq̃ notabilibus vrbib⁹ iuxta mare Adriaticū: ad Aquilegi
am venit & ꝑ trienniū obsedit. Et cū victualia obsessorib⁹ etiā in
lōginquo defecissent: milites q̃ prę inedia cōtra eū murmurarēt,
Cepit iterꝫ obeq̄tare vrbē, ꝓspiciens qua parte impeteret eam &
dirumꝑet. viditq̃ auem q̄ ciconia vocat̄, pullū suū e sumitate ar-
cis rostro in ꝓpinquū arundinetū portare, sic cōsequent̄ & aliū,

Et exclamans dixit auem præsciam futurorꝫ, nosse vrbē ꝑditū iri.
ideo fugere. & inualescens cōtra ciuitatē cepit eā, & more tiran-
nico: omnes quos in ea reꝑit in ore gladij trucidauit. Eo tp̄e vrbs
magnifica & præpotens Venetiarū, ob metū Attile extructa est.
Progrediens aūt ad Lombardiā Attila crudelit̄ afflixit & vastauit
eam. Cūq̃ ad Rauennam venisset, aduolauit Leo papa obnixe &
humilit̄ supplicans, vt a vastatiōe vrbis Rome & tocius Italie suꝑ
sederet & cessaret, qđ & fecit. Et dū pugnatores eius admirantes
adinuicē replicarent, q̄ attila neminē timeret, nisi bina aīalia. lupū
& leonē, de pōtificibus ꝓpter quos genti eorū peꝑcit ꝑabolā su-
mentes. Rn̄dit Attila. Maturū virū clericali habitu indutū, iuxta
leonē cū gladio bisacuto stetisse & vibrare gladio mortē ei comi-
nasse, nisi pacē redderet, petitorē exaudiēdo. Abscessit itaq̃ & in
Pannoniā redijt. Celebransq̃ nuptias cū vna pulcerrima virgine,
multū vini hausit & in nocte inter cubandū apoplexia suffocatus,
centum & vigintiq̄tuor annis etatis expletis interijt. & sanguis ꝑ
nares & os ipsius fluxit. Illa nocte Marcianus imꝑator in Constan
tinopoli ꝑ somniū vidit Attile arcū fractū, arcubus em̄ gens Iuh-
rorum potissime vtebat̄. Defuncto aūt Attila insurrexerūt inter
hungaros dissensiōes digladiatiōes & strages. ita vt plures eorū
occisi ꝑirent. reliquos cū Chaba filio attile rex Gepidarum & alij
olim attile subiecti de Pannonia expulerūt, q̄ in Gothiā ꝑ paludes
Meotidas transierūt, tria v̄o milia ex eis inter eundū de Pannonia
segregarūt se ab eis & in Transsiluania manserūt, & ne a vicinis
impeterent̄, Siculos in vulgari eorū (Czakle) se noīauerūt. Qui
aūt trans Meotidas & mare Euxinū penetrauerūt, sepenūero re-
miniscētes fertilitatis abūdantieq̃ panis & vini ipsius Pannonie:
suis posteris differebāt & narrabant, vtq̃ in Pannoniam redirent
hortabant̄, Factūq̃ est vt post mortē attile anno tricentesimo pri
mo. recēsitis pugnatorib⁹ ducentis & sedecim milibus, viā patrū
eorꝫ ingressi, iuxta paludes Meotidis ꝑ Sarmatiam in Pannoniam
ꝑuenerūt. temꝑibus Cōstantini imꝑatoris q̄nti & Zacharie pape
videlicet anno dn̄i septingentesimoq̄dragesimoquarto. Primūq̃

in Iaziges aſcenderūt, & illic ſeptē capitaneos ellegerūt, vnicuiq;
eoꝝ ꝓpter inſultū inimicorū triginta milia pugnatoꝝ cōſignan-
tes, & vt melius ab hoſtibus tuerent̃, ſeptē caſtra, cuiq; capitaneo
vnū aſſignādo, rude & groſſe de terra fecerūt & errexerūt. a qui-
bus ſeptē caſtris in hanc diē terra ſeptēcaſtrenſis dicit̃. Prætereа
miſerunt exploratū ire Pannoniā: quēdam e ſuis militibus Kuſid
appellatū. Is offenſo & repto rege Pannonie Swyxtoplug nomie
(ſlauus hic erat, nam & tota Pannonia terra ſlauorū fuit, licet Ro-
mani eis capitaneos & armigeros extraneos pręficiebant) ipſum
noie iuhrorū aduenarū pręſalutando. equū albū cū ſella & freno
deauratis obtulit, & parum terre aque & herbe ab eo poſtulauit.
qđ rex Swyxtoplug cōceſſit, eſtimabat em̄ agricolas fore & tanꝗ
hoſpites aliqcpiam terre ꝓ cultura expoſcere. ideo ſubridēs ait.
Habeant quantū volūt. Kuſid ergo lagenā terre, alterā aque Da-
nubij, terciā graminis reportauit: & que egit ſuis expoſuit. Iuhri
cognoſcētes Pannoniā terrā feracē & optimā eſſe, noie primi pꝛe-
fecti Arpad nucupati, Swyatoplug intimauerunt, vt pamplius in
terra eoꝝ: ꝓ equo albo ſella & freno deauratis emta nō maneret.
Is ſero intelligens bellū ei īminere exercitū coadunabat. Iuhri aūt
feſtine accelerātes ad regē ꝓpe Danubiū venerūt, & facta pugna
Pannonios cū rege eorū ꝓfligauerūt. Rex quoq; Swyatoplug a
facie eorū fugiens in Danubiū incidit & aquis vehemētibus ab-
ſorbtus perijt. At Iuhri ſlauos incolas Pannonie trucidarunt, ter-
ramq; eoꝝ in hanc horā poſſederūt Slauis vndiq; in finibus Pan-
nonie remanētibus & habitātibus. Accipe primo ꝙ Iuhri a Iuhra
regiōe ſcithie de ꝗ oriūdi exiuerūt, vocati ſunt. & vſq; in noſtra
tpa a Bohemis Polonis & Slauis hugri appellant̃. ab alijs aūt hu-
gui tendē & hungari dicti ſunt. Accipe ſcđo ꝙ idē linguagiū &
loquęla, pnūciatioq; acuta, ſunt Iuhrorū in hungaria & illorū q in
Scithia in iuhra degūt. Verū hūgari in Pannonia chriſticole ſunt
& policiores abūdantioreſq; in omibus. Iuhri autē in Scithia vſq;
huc, idolatre ſunt & agreſtes. Accipe tercio ꝙ Iuhra ſeptētriona-
liſſima eſt abſq; altiſſimis & inacceſſibilibus montibus, nec tantis

vt ſunt alpes iuxta Italiā, neq; ſicut mōtes ſarmatici. Non recte er-
go qdam hiſtorici tradiderūt dicentes huguos exiſſe de ꝓuincia
eorū de mōtibus maximis & inacceſſibilibus. Enim ꝟo ſunt mō-
tes in Iuhra cū denſis ſiluis, patentes & bene ꝑmeabiles, quātita-
tis medie & altitudinis: petroſi & ſaxoſi, quales ſunt ꝑ totū ſeptē-
trionē in fine terre iuxta oceanū ſeptētriōis & ſcias ꝙ ex oceano
ſeptētriōis, qdam piſces, idiomate Moſkouitarū morſſ nucupati
in ſumitatē montis mari adiacētis ſcandūt. & dentē fricando ſe in
aſcendēdo appendūt, de culmieq; mōtis deorſum in partē alterā
ꝓlabunt̃ & cadūt, quos Iuhri & ceteri incole ſeptētrionis capiūt,
denteſq; eorū q pōderoſiſſime ſunt grauitatis in Moſkouiā mit-
tunt & poſt ad thurcos & thartaros. De qbus manubria & tena-
cula enſium framearū & cultellorū faciūt, vt impetuoſiores ictus
grauitate adiuuante impellant. Accipe quarto ꝙ montes Riphei
& Hipborei nō ſunt in rerū natura, nō in Scithia, nō in Moſkouia,
nec vſq; locorū, & cū fere omes coſmographi aſſerant, Tanaim.
Edel ſeu volham, Dzwina. & magnos fluuios ex prędictis mon-
tibus effluere. conficta conficte, & pocius fabuloſa inexpti ſcrip-
ſere. Fluit Tanais Volha & maxia flumina ex Moſkouia, de ter-
ra plana ſcenoſa & nemoroſa, nullis mōtibꝰ obſita. ꝓut de moſko-
uia cū ꝑuentū fuerit dicā ſi deus annuerit. Reuerēdiſſime domie
præſul hic eſt baratrū ꝓfundiſſimū ꝓpter clariſſimos ſcriptores,
montes ripheos & hipboreos ponētes. A quoꝝ cōtradictiōe tua
ampliſſima dignitas me tueat̃ & defendat. ꝓ omibus argutis ra-
tiōibus, expientiā reꝝ opponēdo, vt q nō credit, videat & expiat̃
ꝙ ita eſt quēadmodū dixi. Accipe quinto ꝙ Iuhri in Iuhra ſcithie
nō colunt agros, nō ſeminant, nō hn̄t panē vinū aut ceruiſiam, de-
gunt miſſerime in ſiluis & foueis ſubterratis, piſcibus veſcendo
& carnibus ferarū, quaꝝ copiā hn̄t, & aquā bibunt, pellibus indu-
unt̃ ex diuerſis aialibus in vnū cōſuendo, pellē lupi cerui vulpis
marduris &c. Miſera ergo regio eſt ſub polo artico vt dixit Hip-
pocras in lib. de regiōibꝰ aere & aqua. Subiecti ſunt duci Moſko-
uie, & pendunt ꝓ tributo pelles ſabellorū ſciſmorū & ſimiliū, qm̄

aliȷs donatiuis carent. Accipe ſexto ꝙ aliqui famoſi coſmographi
& hiſtorici in illo angulo ad mare ſeptẽtrionis tempatiſſimas re-
giones confinxerũt in qbus ꝓpter tempiem & auram placidiſſi-
mam beate & diutiſſime viuant. donec tedio affecti de mõtibus
ſeſe in oceanũ pręcipitent. Hoc totum fabuloſum eſt, qualis etem
btitudo ſit: nõ habere panẽ merũ & cętera delectabilia, q̃lis tem-
peries eſt, cõtinuũ frigus qđ illic eſt pati. in ſolſtitio hiemali ꝑpe
tuam & continuã noctem ſentire. In ſolſtitio ꝟo eſtiuo ꝑmanẽtes
& parũ tepentes ſoles videre. ſed hæc obmitto. Accipe ſeptimo.
ꝙ in Iuhra & locis ſeptẽtrionis, nõ effodit aurũ. argentũ. nęc alie
minere. Næc corrñdet fabule ꝙ illic eſſent griffi & magne aues
ꝓhibẽtes fodere & efferre aurũ. Vnde ſcđm hoc dico (cõtrariũ
auctorib⁹ antiqs) ꝙ griffi nõ ſunt in rei veritate in illa parte ſep-
temtriõis, nec in aliȷs partibus orbis. Affert aũt ad nos auis que-
dam rapina viuens quãtitatis aquile, ſed alis & cauda ꝓlixiorib⁹
q̃ aqla in ſiſitudinẽ accipitris & vocant eã moſkouite (krzecoth)
noſtri ꝟo hoies vocant ipſam (byalozor) quaſi albicans ſplendor
qa ſubalba eſt ſcđm ventrẽ. Hanc omes rapaces aues accipitres.
falcones & cetere rapto viuentes intantũ metuunt, ꝙ inſpecta ea
tremũt cadũt & extinguunt. Accipe octauo ꝙ in ſeptẽtriõe poſt
Gothiã Sueciã Filandiã Iuhram. & poſt mare Caſpium non ſunt
monſtroſi hoies ſcilicet monoculi. bicipites. canina capita haben-
tes &c̃. ſunt nobis ſimiles rare. ſparſim. & abinuicẽ diſtãtes, pau-
ci nũero habitãtes, colore vt frequẽter liuidi. ꝓpter frigus liuidi-
tatem corporibus eoꝝ imprimens. Hæc vera ſunt, & qui ſcripſit
verũ ſcripſit, & ſcimus qa verũ eſt teſtimoniũ eius.

Tractatus tercius: de ſucceſſiua thartarorum ꝑ familias ꝓpagatiõe.

¶Capitulũ primũ de Thurcis

IN pręcedenti tractatu diſgreſſiuo diximus de qbuſdã
naciõibus ante aduentũ thartarorũ, Sarmatiã Aſianam
ſeu ſcithiã ꝑ tpa & tpa inhabitãtib⁹ ſ. de Amazonibus.
de Scithis de Gothis & Iuhris ſeu huguis. Cõſequent dicemus

de validis gentib⁹ ex thartaris Czahadaieñ originaliter diſſemi-
natis, quales ſunt thurci. vlani ſeu thartari Překopenſes, & thar-
tari Koſanenſes, itẽ thartari Nohaieñ. & primo de thurcis pauca
dicamus. Poſt aduentũ thartarorũ ex oriente, in terram gothorũ
quã ipſi Czahadaieñ vocant. anno quaſi nonageſimo. Quidã mi
les magni Cham noie Otumanus ſortis humilis & fortuna tũc ob
ſcurus, viribus tñ corporis robuſtus & audax, ꝓpter cęrtas vt ei
videbať iniurias: e thartaris in quadraginta equis ſecedens, cepit
oculte in Capadocia mõtes & aditus oportunos occupare, & ex
oportũitate loci & tꝑis prędas agere. ad quẽ plurimi graſſatores,
vt ſit in huiuſce genere hoim cõfluxerũt & coaluerũt vehement,
ita vt qđ prius ocultis inſidiȷs egit: palam & pari marte tũc cepit
opida ciuitates & gentes inuadere & occupare. Et qa nõ repit re-
ſiſtentes, ipſe celer, manu audax & dexteritate fortunatus. ꝑ ter-
rores cominatiões & ꝑ aliquaꝝ ciuitatũ direptiões, occupauit &
poſſedit Capadociã. Pontũ. Bithiniã. aſiam minorẽ. Pamphiliam
& Ciliciam. Itaqꝫ ex ipſo familia Othumanoꝝ ſiue thurcorũ ori-
ginẽ duxit, qa ab aqlone pandeť ome malũ ſuꝑ vniuerſam terrã.
Qꝫ aũt Thurci ꝓpago & ſoboles ſit thartarorũ, idemtitas morũ.
loquęle & pugnandi demõſtrat. Nam habitũ modũqꝫ eqtandi &
curte inſedẽdi. ſagittis quoqꝫ & arcubus pugnãdi eundẽ habue-
runt & nũc vt plures hñt cũ thartaris. Sermonẽ etiã & linguagiũ
thartarorũ cõnatũ hñt. non differt loquęla thartarus & thurcus,
niſi modice velut exemplariť diceret ſicut Italus & Hiſpanus vel
Polonus & Bohemus. Otumano ex hũanis rapto, filius eius Ar-
chanes ſcđus rex thurcorũ ſucceſſit, audacia & ambitione patri
haud abſimilis, ſed diſciplina rei familiaris longe pitior. quo factũ
eſt vt dominiũ & impium a patre ceptũ: ſuapte induſtria auxerit
& cõſeruauit. Deinde tercius rex ſubſecutus eſt filius Archanis
noie Ammurates, hic græcis diſſencictibus, & imꝑatore Trape-
ſuntino & Conſtantino de imꝑio certãtibus, in adiutoriũ ꝑ trapa-
ſuntinũ imꝑatorẽ pręcio euocatus, & in Traciã ꝑ helleſpontũ tra
iectus, vafer & aſtutus euentũ belli ꝓrogauit atqꝫ ꝓtraxit. Donec

græcis viribus & diuicijs fractis & eneruatis, occaſione habita in
eos arma vertit & Traciã occupauit. Eo defuncto Peſaites q̃rtus
rex filius ſurrexit. q rex maximarꝫ cupidus Macedoniã Teſſaliã
Phocidẽ Boetiã Atticã ſui iuris effecit. Bulgaroſqꝫ & Illiricos aſſi
duis excurſiõib⁹ debilitauit & ſuburbia eggregie vrbis Cõſtanti
nopolitane ſpoliauit, & ciuitatẽ obſidiõe atqꝫ fame intantũ excru-
ciauit vt impator Cõſtantinopolitan⁹ ad Italiam & Galliam auxi-
lia mẽdicatur⁹ ꝓfectus ſit. Sed deo diſponẽte, Temir Kutlu ma-
gnus Cham thartarorũ, quẽ hiſtorici Temerlanem dixerũt, affli-
gendo & tanqꝫ fulgus aſiam ꝑtranſeũdo, incidit in Peſaitẽ prępa
ratũ & occurrentẽ ei. quem ꝓfligauit, & captiuatũ catenis aureis
alligauit & abduxit, breuiqꝫ dimiſit, q paulopoſt obijt. Poſt hunc
q̃ntus rex Alpinus appellatus regnauit, aduerſus iſtũ Sigiſmun-
dus Hũgarie & Bohemie rex ac Romanorꝫ impator, copioſum
duxit exercitũ. Collatiſqꝫ ſignis tumultuoſe fuſus caſtra reliq̃t, &
paruo nauigio vix ꝑ Danubiũ: turpẽ ſibi inuenit ſalutẽ. Amplius
ſextus in ordine rex thurcorꝫ Machumetes tributa grauia impo
ſuit, excurſiõibuſqꝫ fines ſui impij dilatauit. Præterea ſublato Ma
chumete morte filius ei⁹ Ammurates ſcd'us regnauit. hic Teſſa-
lonicam vrbẽ illuſtrẽ euertit. Ciprũ & Etholiã ſubegit, tribalos Il-
liricos & hũgaros vaſtauit. Vladiſlaum Polonie & Hungarie re-
gem inprimis felicit̃ pugnantẽ, vltimo cõgreſſu ad lacũ Varnen-
ſem, Ioanne Hunyad cũ hungaris e pręlio ſecedẽtibus ſupauit &
miſere cũ ſuis occidit. Ellatuſqꝫ victoria Peloponeſum vi cepit, &
muros Iſchini Corinthiaci funditus deijecit, vita deniqꝫ functus,
Machumetẽ filium, octauũ regẽ reliq̃t. q Cõſtantinopolim anno
chriſti milleſimo q̃dringẽteſimo q̃nquageſimo tercio. die vltimo
Maij. poſt obſidiõis quartũ & q̃nquageſimũ diẽ, ſũma vi & extre
ma oppugnatiõe cepit. Peram ſubinde opulẽtiſſimũ opidũ ꝑ de-
ditionem demolitis muris accepit. Bulgariaqꝫ & Raſcia potitus,
Smyderow magnificũ caſtrũ raſcie ſupra danubiũ ſitũ adept⁹ eſt,
& ex eo Dalmaciã & Croaciã in ſolitudinẽ redegit. Stiriã quoqꝫ
& Auſtriam penetrauit. Deinde Nigropontum ſub Venetis ex-

pugnauit. Theodoſiã nũc Caffam nũcupatã in Thaurica inſula,
Ianuenſiũ coloniã vna cũ p̃fata inſula expugnauit & cõpræhẽdit,
Binoſqꝫ principes de caſtro Mankup (vt fert̃ poſtremas gothorꝫ
religas) gladio ꝑcuſſit, & Mendligeri impatorẽ thartarorũ in pre
dicta Cheroneſo Thaurica: ſui iuris fecit. Moldauiã & Valachiã
vaſtauit, & cũ venetis ſedecim annis cõtinuus pugnauit, cũ Huſa
caſſan rege Perſarũ ſil'r cõtinuũ bellũ geſſit, ſepe victus, nonnũq̃
& ipſe victor fuit. Obijt prima die Maij anno dñi milleſimoqua-
dringẽteſimo octuageſimoprimo, in Cõſtãtinopoli ſepultus, ꝓ
ipſo Thurci Baiſſetũ filiũ ei⁹ ad imperiũ aſſumpſerũt. Zeliabus
ꝗo minor natu, filius machumeti indignatus ad Soldanũ Egipti
recurrens & exercitũ cõparans, cũ Baiſſeto infelicit̃ pugnauit &
ad Rodieñ fugit. quẽ magiſter ordinis Rodiẽſis captiuũ in Fran-
ciam miſit, & poſtea Alexandro pape vi. obtulit. Ludouicus autẽ
rex Galliarũ ad Apuliam cõſequendã ꝑ Romã tranſiẽs, Zeliabũ
a dño papa ꝑ cõtractũ accepit, & infeundũ veneno an fatiga itine
ris, incertũ eſt, extixit. Expugnauit aũt Baiſſetus nonus rex thur-
corũ Kiliam & Albũ caſtrũ in Moldauia. Modon q̃qꝫ inſulam &
vrbẽ eiuſdẽ nois, ſub venetis vi & obſidione cõq̃ſiuit. Cũ Sophi
rege Perſarũ ſepe pugnauit, & quaſi ſemꝑ ſuccubuit. Dum autẽ
ſenuiſſet filius ipſius Selimſzabeg quẽ noſtri hoĩes Selẽbeg vo-
cant, impium ſub eo arripuit. & Baiſſetus ad inſulã in qua nutri-
tus erat deductus breui occubuit. Decimus rex thurcorũ Zelem
beg modernus ſurrepto impio, fratres ſuos necauit & extinxit.
Deinde minax chriſtianis pręcipue Pannonie bellũ inferre ꝓpo-
ſuit. Deus aũt om̃ipotens ex celſo ſuo iudicio aduerſns eũ Sophi
regẽ perſarũ cõcitauit, & aliquot pręlijs conflictũ ſupare cõceſſit.
Tribus aũt impatoribus poſtremo dictis Cõſtantinopolis ſedes
impij, quondã ſcd'a roma dicta, domiciliũ aſſiduũ factũ eſt, ita vt
a circũſitis incolis, pręſertim a ſlauis, nõ Biſanciũ nec Conſtantino
polis, ſed (Czarow dom) i. domus cęſaris diceret̃. & eſt Conſtan
tinopolis triquetre figure, duobus angulis mari adiacens, tercio
campos ꝓſpectans. eius ambit⁹ decẽocto miliaria italica cõtinet.

Nō habet grādia pallacia, nisi termas & scholas philosophanciu magnifice nouiť structas. templū ꝟo sancti Sophie hoc est sapiē-tie dei. q̄ est christus vera sophia patris, eggregie olim edificatū ꝑ Machumetē impatorē scd'm thurcoꝝ deiectū est, & stabulum ferarū factū. Roma ꝟo italie rotūde figure, ambitu muroꝝ trigintaduo miliaria cōtinet, fere duplo ambitū Cōstantinopolis exce-dens, & habet septē colles & pallacia pręciosa.

¶ Capitulū scd'm de familia thartaroꝝ Vlanorū siue Překopensium.

ALtera soboles & genologia ex thartaris Zauolhensibus deriuata est thartarorū Vlanorū, ab Vlano inuasore insule Thaurice cognomiata. Vlan puella est & virgo, & q̄a vlanus de virgi-ne vel puella genitus est sine legittimo thoro, Vlanus nucupatus est, suisq; posteris in Cheroneso Thauricano nomē indidit. Etiam ꝟgines impꝑgnari & cōcipe absq; viro apud Machometistas nullū miraculū est. cū apud ipsos hoc sepius con-tingat & pręciceť. Est aūt Thauricana insula inter paludes Meotidas, longitudinis vigintiq̄tuor miliariū, latitudinis vero q̄ndecim miliariū, Habet tres ciuitates Solat. Kirkel & Caffam. & duo ca-stra Mankup & Azow. Solat thartari appellant Chrim. & cæsarē Překopensem exinde Chrimēsem impatorē vocant, & ciuitas il-la domus exiles habet, & est deserta ꝓ maiori parte. Alia ciuitas minor est Kirkel, & supra eā in rupe alta est castrū ex lignis & argilla erectum. In hac rupe vt ferť draco cōmorabať, & trucidabat hoies & iumēta, ꝓpter quē incole fugiētes habitatōes ꝓpinquas vacuas reliquęrūt. & q̄a græci ac italici insulā inhabitātes gl'osam dei genitricem Mariam præcati sunt vt eos a dracone liberaret. Viderūt successu tp̄is candelā ardentē intra rupem, inciderūt ergo & secuerūt gradus ascendēdi in rupe. & ꝑuenietes ad cande-lam ardentē, imaginē sanctissime genitricis Marie cōspexerunt corā qua lumē arsit, draconēq; desubtus ꝑ mediū ruptū iacentē. Egerunt itaq; gr̄as de tā miranda liberatione, & draconē in frusta

sectū ꝓiecerūt extra rupē, & q̄a incole glorificātes btām ꝟginē ad imaginē eius ascendebant veneratū. Acigeri cæsar Překopeñ cōtra fratres suos pugnans exēplo eoꝝ motus, supplicauit beate virgini Marie vt eū adiuuaret, votū vouens q̄ ꝟginem bn̄dictam remuneraret. Nam Machometici veneranť btām mariā, ꝓfitētes eam ꝟginē absq; thoro virili magnū ꝓphetā Iesum bn̄dictū con-cepisse & ꝑpisse. Cūq; adiut⁹ superet suos emulos, binos equos quos habuit meliores vendidit, & exinde cera emta, maxia duo lumina siue candelas fecit, & ante imaginē corā ardere q̄ttannis iussit, qd' in hanc vsq; diē ꝑ subsequētes impatores continuatur. Tercia ciuitas est vrbs Theodosia, nūc Caffa dicta, quā expugnauit sub Ianuensibus Machumetes scd'us impator thurcoꝝ, castrū ꝟo Mankup qd' est versus occasum a Caffa, pręfatus thurcus machumetes vi accipiens, binos fratres pricipes & dn̄os castri Mankup (vt diciť reliq̄as vltimas gothorū) gladio occidit. Azow q̊q; castrū circa hostia fluuij Tanais situm incastellauit & thurci vsq; nūc tenent. Thartari ꝟo vlani ab ingressu insule in campestribus eius, vt est innata cōsuetudo thartaroꝝ degunt, & extra insulā idē campestria Sarmatie europiane iuxta paludes Meotidas & mare ponti vsq; ad albū castrū occupādo possident. Ingressumq; in in-sulam seu introitū ad occasum solis fecerūt aggerē de terra longitudinis vnius miliaris in modū pontis sternētes, rude tn̄ & semi-plene, ita vt aque maris in aliq̄bus locis aggerē ꝑtranseant. Insula ergo antiq̄tus Thaurica dicebať, nūc ꝟo Překop. qd' sonat fossa-tum, q̄m aque circūdederūt eam & ꝓtegant tanq; fossata aq̄s plena ciuitates, sed hęc hactenus. Videamus deinceps genologiam. Post vlanū in thaurica regnauit Tachtamis czar, q̄ vna cū Vitol-do duce Lithuanie contra fratrē suū Temir kutlu czar impatorē Zauolheñ pugnauit, & supatus est. Ex Tachtamis czar filius eius Szidachmeth czar regnare voluit, sed Acikerei czar expulit eū & ipsemet ꝓ eo regnauit. Szidachmet aūt ꝓ auxilio in Lithuaniam ꝑrexit, & captiuat⁹ ꝑ lithuanos cū vxore & filijs in castro Kowno incarcerat⁹ est, ibi cū cōiuge & filijs mortuus, in diebns Kazimiri

tercij regis Polonie & magni ducis lithuanie. Defuncto Adzigeri czar, q̄ septē filios reliq̄rat senior filius Haider noīatus obtinuit imperium. Mendligeri v̾o vnus ex p̄fatis filijs ad imꝑatorē thurcorum cōfugit, & accepto subsidio & vxore a thurco, dispsit & ejecit Haider & Iamurci cū alijs fratribus. hi ad Iwan Vasilouicz Moskouie ducē fugerūt, q̄ suscepit eos & ducatū Kosanēsem eis donauit. Ex Mēdligeri czar nouē filij nati sunt. primus Machmet Kerei. Alter Achmet kerei. tercius Machmut kerei. q̄rtus Bethi kerei, & est submersus dum prædam ageret ꝑ fluuiū in Valachia anno dñi millesimoq̄ngentesimo decimo. Quintus Burnas kerei sextus Mubarek kerei, septimus Sadech kerei. octaui & noni nomina non teneo. Nunc ꝓ patre suo regnat Machmet kerei czar. Et scias ꝙ licet thartari P̄rekopenses magis ciuiles mitioresq̄ ratione aure sexti climatis qđ inhabitāt deberēt esse, tamē non deseruerūt priscam suam lupinam rapacitatē & ferinam crudelitatē sicut bestiales q̄ campos & siluas inhabitāt & nō ciuitates nec villas. Inuadūt eñ singulis annis vastant & dep̄dant Russiam Lithuaniam Valachiā Poloniam & q̄nq̄ Moskouiam.

¶Capitulū tercium de thartaris Kosanensibus & thartaris Nahaiensibus.

TErcia horda thartaroꝝ Kosanensiū nucupata est sic, a castro Kosan supra flumē Volha circa metas Moskouie sitū penes qđ cōmorant. Et exiuerūt de pricipali horda oīm thartaroꝝ vcꝫ de thartaris Czahadaieñ siue Zauolheñ, sicut & cæteri thartari omēs. Habet aūt predicta Kosanēsis horda q̄si duodecim milia pugnatorū, in necessitate autē q̄n aduocant alios thartaros, ad triginta milia bellatorū cōstituūt. Istorū principes & facta eoꝝ genologiaq̄ nō scribunt, q̄m omagiales sunt ducis Moskouie & pendent ex arbitrio eius in viuēdo, in bellando & duces sibi elligendo, iccirco qđ de moskorū principe dicet, de ipsis poterit accipi & adaptari. ¶Quarta horda recens & noua, vltimo ex thartaris Zauolhensib⁹ orta: est Occassorū siue thartaroꝝ Nahaieñ.

Nam postq̄ Occass insignis seruus & miles magni Cham, habēs trigita filios occisus est, filij secesserūt a capitali horda Zauolheñ & iuxta castrū Sarai degere cęperūt ante hūc annū christi millesimūq̄ngentesimūdecimūseptimū. circiter septuaginta annis, vel paulo minus. subitoq̄ in imensum creuerūt, intantū vt hac tempestate nūerosissima & maxīa surrexit horda ipsorū. Isti sunt septētrionaliores & frigidiores oīm thartarorū. Moskouie a ꝑte orientali adiacētes, & sepenūero eam inuadētes atq̄ spoliantes. Dominantur inter eos filij & nepotes Occass. Non habent peccuniam nec monetam, sed res pro rebus vendūt, puta pro seruis pro filijs ꝓ pecoribus & iumentis.

Liber Secundus.

Tractatus primus: de descriptiōe Sarmatie Europiane superioris.

¶Capitulum primū de Russia. de districtibus eius, de abūdantia & cōtentis in ea.

POstq̄ diximus de sarmatia asie q̄ scithia vocitat, restat dicere de sarmatia Europiana, & in ea primum occurrit Russia, olim Roxolania dicta. Latus eius orientale adiacet flumini Tanai & paludibus Meotidis secernētibus Asiam ab Europa. Priscis aūt seculis Alani habitarūt ad flumen Tanais. deinde iuxta illos ad meridiē Roxolani. Hę aūt gentes in toto delete pierūt, campiq̄ latissime patentes spectant deserti. solis feris & Kosacis seu pędonibus ꝑuij, ꝑut supra dictū est. Post hoc supsunt reliq̄ Circassorū versus meridiē, & sunt gentes ferocissime & bellicosissime, genere & lingua Ruteni. Deinde est castrum Oczarkow nucupatū, qđ imꝑator thartaroꝝ P̄rekopensiū extruxit, in dominio Lithuanoꝝ & post quasi duob⁹ miliarijs ab Oczarkow in meridiē seq̄tur Dzassow, & fuit castꝝ qđ añ tpa nostra demolitū est. A Dzassow in Byaligrod qđ thurci occuparūt sunt sex miliaria. Seq̄tur Podolia ad occasum, Moldauie & Valachie cōtermina ad

meridiem. ad oriente ṽo campis thartarorũ & Thaurice insule.
Hec est terrarũ fertilissima, cæterisq; & mellis feracissima. Nam
agro rude culto & parũ inuerso atq; exarato, frumẽtoq; supsemi
nato, tribus annis sponte frumetum germinat. ita tñ q̄ colligẽdo
tpe messis segetẽ aliq̄cpiam granorũ pmittat in terram decidere
ad surgendũ ex eis frumentũ in anno sequenti. sine cultura & si-
ne agri aratura. Gramen q̄q; & pascua tam cito ac vberrime fun-
dit & pdit, vt particã in tribus dieb⁹ supcrescẽdo cõtegat, & ara-
trum in locis graminosis derelictũ in paulo pluribus diebus, gra
minibus sepiat & coopiat. Examina ṽo apũ nõ solũ in mellificijs
& arboribus cauatis mellificant, verũ in ripis & terra sponte mel
la reponũt. Cõtingitq; sepenũero vt examina apũ supuenĩẽtia &
priores apes exterminãtia, ruricole aduolãtia agmĩa apũ trucidẽt
aut in aquis mergant, vt que præfuerũt hereditarie mellificarent
& manerẽt. Postea ad mõtes Sarmaticos habitat genus Ruteno-
rum. q̄bus prẹsident nobiles Polonorũ. In Kolomya. in Zidacow
in Snyatin. in Roatin. in Busko &c̄. Sub eisdẽ mõtibus sunt di-
strictus Halicieñ (olim Gallicia dictus) & Premislieñ, & inter mõ
tes Sarmaticos districtus Sanocẽsis. In mediũ Russie tendẽdo est
Leopoliensis terra, & vrbs in ea bene munita eodẽ noĩe nucupa
ta hñs duo castra, supeꝝ & infeꝝ, & est metropolis Russie. In sep
temtrionẽ sunt districtus Chelmensis & Belzeñ, terraq; in medio
iacens. Clauditur aũt Russia a meridie sarmaticis mõtibus, & flumi
ne Tiras, quẽ incole Nyestr appellant. Ab oriente finit Tanai &
Meotidibus Thauricaq; insula. A septemtriõe Lithuania. ab oc-
casu ṽo Polonia. Ex Moskouia aũt aduenit Boristenes, ab incolis
Dinepr nucupatus famosus fluuius, p Lithuaniam & Russiã cur
rens, & sub Smolensko & sub Kiow labens, in hũc ab occasu cir-
ca Chmyelnik opidũ cõsurgens, Boh nõ exiguus fluuius illabit.
& cũ mensus esset Boristenes quasi tricenta miliaria germanica.
in mare Ponti cadit. Amplius terra Russie cũ sit fertilis, abundat
melle & medone potu ex melle facto, adducit & vinũ ex Panno-
nia & vinũ ex Moldauia atq; Valachia q̄bus adiacet, sed & vinũ

græcũ ex grẹcia & est forte. etiã cereuisiã ad nutũ habet. Abũdat
equis, bobus & ouiũ gregibus. abũdat cera in maxĩa copia. abun
dat pellibus mardurũ, scismorũ, vulpiũ & boum. Abũdat flumini
bus q̄bus irrigat & aq̄s pisculẽtis, ita vt vbi aqua iuenit, & pisces
in ipsa repiant. nõ impiscant stagna & piscine russoꝝ, sed vbicũq;
aque repiunt, illic & pisces de rore celi vt aiũt demittũt, absq; ho-
minũ cura & impiscatiõe. Sũtq; in districtu Leopoliensi lucei ma
gni & laudabiles & in petras tanq; in lamina diuisibiles. Abũdat
Russia calamo aromatico in terris versus Tanaim & paludes Me
otidas. Itẽ reupontico in eisdẽ terris & in Lithuania. sic & plurib⁹
herbis ac radicibus alibi non visis. Abundat tota terra Russie gra
nis tinctoꝝ que copiosissime excrescũt, & cum priscis tpibus ad
Iennam & Florentiã vrbes italicas importarent, nũc vix aliq̄d de
eisdẽ colligit, fereq; in toto frustrata & non collecta pereũt. In di-
strictu Chelmensi rami pini arboris desecti & in terra iacentes in
anno aut in duob⁹ in saxa & silices vertunt. estq; ibi creta seu ter-
ra alba in copia, q̄ne ad nos ducit. Est & sal qd' in lacu Kaczibeio
tpibus siccis colligit, & q̄a ppe est oczarkow castrũ thartarorũ in-
tercipiunt & captiuant interdũ p thartaros ductores salis vna cũ
plaustris ducentis q̄nq; & tricentis. In terra q̄q; Premisliensi & in
Drohobic sal coctum & in bolas ac portiões collectum reponit.
Præterea in Russia sunt plures secte, est eñ religio christiana Ro
mano põtifici subiecta, & illa regit & præualet q̄ꝗ sit exigua nu
mero. Est altera secta rutenoꝝ amplior, q̄ rittũ græcorũ insectat,
totã russiam adimplens. Est tercia secta iudeoꝝ nõ vsurariorum
velut fit in terris christianoꝝ sed laboratorũ agricolarũ & merca
torum magnorũ, prẹsidẽtq; vt sepe theloneis & exactiõibus pu-
blicis. Est quarta secta Armenorũ, pcipue in ciuitate Kamyenye-
censi & Leopoliẽsi. Hi sunt mercatores pitissimi ad Caffam Con
stantinopolim ad Alexandriam egipti ad Alkairam & ptes Indie
penetrãtes & merces afferentes. Ruteni habitu & eccl'asticis offi
cijs græcos insequunt, hñtq; pprias litteras & abecedariũ instar
& pximũ grẹcis. Hebrei siĩr hebreoꝝ litteris vtunt & disciplinis.

verꝝ etiã artes liberales astronomiam & medicinam perscrutant͂.
Armeni suo ritu gaudent & litteris. Inter sanctos colũt plus Ta-
deum apl̃m asserentes ꝙ eos conuerterit & fidẽ christi docuerit.
Deide & Bartholomeũ sanctũ dei apl̃m venerant͂, ꝑ quẽ multos
artic͂los vt asserũt de fide accepunt, hñt magnifica & plurimũ de
cora ecclesiastica apparamẽta, planetas & ornatus nõ scissos sed
omĩqꝫ rotũdos, libros calices & cęterã christianorũ veteranorũ
splendidam supellectilẽ. Qno aũt ad spũales pręsides & pastores
christianorũ archipręsul est Leopolieñ. Metropolitanus Russoꝝ
& lithuanorũ, habens sub sua ditiõe Kiouiensem Kamyenyeceñ
Přemislieñ. Chelmeñ. Lucerieñ & Medniceñ. epõs. Rutenorum
v͂o metropolitanus est Kiouieñ (que olim metropolis russie fuit)
habet subiectos wladicas & epõs de ritu Græco in Moldauia &
Valachia vsqꝫ ad flumẽ histri seu danubij. vnũ in russia Chelmen
sem. alterꝝ in dñio lithuanorũ Vladimiriensem siue Bresteñ. ter-
ciũ Pinski seu Mrowski. quartũ Poloceñ. qntũ Luceñ. sextũ Smo
lensem. & passim omnes alios wladicas ac epõs in terris moskorũ
& in septẽtrionẽ de iurisditiõe Moskorũ ꝓtensorũ. Isidorus me-
tropolitanus olim Kiouieñ lingua & doctrina græcus ꝑitissimus
tꝑe Eugenij pape quarti ad conciliũ florentinũ in centũ equis iue
rat, & vniõe eccl̃ie romane ꝑcepta in Russiam redierat. hũc Mo-
skouite obedientiã romanã eis pręⅾicantẽ spoliauerũt & in necẽ
extremã impulerũt. Sequunt͂ rnteni doctores & theologos græ
corũ pręcipue Basiliũ magnũ. Gregoriũ Nazanzenũ & Iohannẽ
Crisostomũ. gregoriũ nazanzenũ eoꝝ sermone (bogoslow) nu
cupant. qđ in latino sonat. laudans deũ. Acceptant & nostrũ san-
ctum Gregoriũ papam romanũ, præcipue in libris moraliũ, quẽ
translatũ legũt & lingua eoꝝ (byessednik) qđ valet cõcionantem
ꝑsuadentẽ vel predicantẽ vocant. In ecclesijs rutenoꝝ lingua Ser
uiorũ quę est Slauonica diuina celebrãt legũt & cantant. In eccle
sijs Armenorũ sermone armeno. In sinagogis iudeorũ lingua he
brea orant. Christiani aũt ritu romano latino sermõe cantãt orãt
& legũt. Et scias ꝙ in fluminibꝰ russie & lithuanie p̃cipue in Bori

stene & Boh, tꝑe estatis multiplicantur ephimere & sunt vermes
& volatilia alata, q̃ternis interdũ senis alis oriunt͂ & gñant͂ mane,
currũt suꝑ aquas & volant suꝑ ripas circa meridiẽ, in occasu autẽ
solis extiguunt͂. De his loqtur Arestotiles primo de historijs ani-
maliũ & in ꝓblematibus, & medici de febre ephimera.

¶ Capitulũ secundũ de Lithuania & Samagithia.

MAgnus ducatus Lithuanie est regio latissima, in
ea sunt plures duces Lithuanie & Russie, vnus
aũt pręses & monarcha cui ceteri omẽs subsunt
magnus dux Lithuanie vulgo nucupatus. Aiũt
aũt vetustiores & antiqtatum relatores ꝙ qdam
Italici ꝓpter romanoꝝ dissensiões deserẽtes Ita
liam ingressi sunt rerras lithuanie, & nomẽ patrie italia, genti v͂o
itali indiderũt, q̃ ꝑ pastores terra Litalia & gens litali l. littera pręe-
posita cepit nucupari. Ruteni aũt & Poloni eoꝝ vicini maiorem
ĩmutationẽ faciẽtes, vsqꝫ in hodiernã diẽ terrã lithuaniã gẽtes v͂o
lithuanos appellant. Hi primũ cõdiderũt opidũ Vilno, eleuatiõis
poli qnquagintaseptẽ graduũ, & ex noie ducis Vilij quo cũ illas
regiões ingressi sunt Vilno vocauerũt, fluminibus q̃qꝫ circa ipm
fluentibus Vilia & vilna ex eiusdẽ ducis nomine indiderũt noia.
Samagithiã aũt de suo sermone sic nomiarũt. qđ lingua eorũ, ter
ra inferior sonat. Aliq autẽ ignari historie, a lituo qđ est cornu &
tuba venatorũ, eo ꝙ regio illa plures venatiões exerceat, lithuani
am appellare voluerũt. qđ ad effectũ nõ ad historie originẽ spe-
ctat. Hæc gens lithuanoꝝ annis supioribus adeo obscura cõtem-
pta & vilis apud rutenos fuit, vt pricipes Kiouieñ ab ea sola ꝑizo
mata & subera ob egestatẽ & soli natiui sterilitatẽ in signum tmo
subiectiõis exigerent. Donec Vithenen dux lithuanoꝝ rebelli-
onem primũ cõtra rutenos inducens, & seipsum ducẽ inter popu
lares cõstituens. astu principes russie aggressus cõflixit, sensimqꝫ
adeo creuit viribus vt iugo pricipibus russie iniecto etiã in tribu
ta eos redigeret sibi pendenda, quæ ꝑ plures etates rutenis ipse
penderat. Posteriqꝫ duci Vithenen succedentes furtiuis lupinis

& subitis incursionibus finitimas gentes russie Prussie Mazouie
& Polonie iuadebant & diripiebāt. Donec fratres cruciferi theu-
tonici ordinis beate Marie p Conradū ducem mazouie aduocati
& in auxiliū assumpti Prussia vi & cōtinuis armis congsita Sama
gitas & lithuanos aggressi debellare captiuare & opprimere plu
ribus oppugnatiōib⁹ ceperūt, tamdiu donec ad Olgerdū & Key
stutum duces lithuanie successiue puenerunt. Fuit aūt Olgerdus
magnns dux lithuanie, cuius filius erat Iagello. postea baptisatus
& Vladislaus noiatus in regē Polonie corōatus. Frater aūt ipsius
Olgerdi fuit Kyeystuth, maximus expugnator & psecutor chri-
stianoꝝ, q inter pugnandū cum cruciferis theutonicis in Prussia
ter captus, tercꝫ astu & mira euasiōe cōtra voluntatē cruciferorū
liberatus e vinculis fugerat. Huius Keystuth filius fuerat Vitaw-
dus seu Vitoldus macte ꝟtutis princeps. Iagello autē q postea &
Vladislaus, sub treugis pacis captiuando Keystuth & filium eius
Vitawdum, keystuth in carcere occidit, vitawdū ꝟo in vincula cō
iecit. Tandē a cruciferis & christianoꝝ exercitib⁹ sepenūeru Ia-
gello pressus, deo miserante ad Polonos declinauit, fideꝙ christi-
ana cū fratribus suis quos octo in nūero habuit, vnda baptisma-
tis ablutus & in regē Polonie coronatus. Heduigim filiam Ludo
uici Hungarie & Polonie regis illustrissimam ac speciosissimam
in cōsortem accepit. anno christi millesimotricentesimooctuage
simo sexto. die Iouis quartadecima mensis februarij, que fuit san
cti valentini. Cepitꝙ prefatus rex Vladislaus scd'm pmissa vigi-
lare & instare vt gentē lithuanicā a tenebris erroris ac idolatria
expurgaret. assumptis ꝙꝙ secū Bodzanta archiepō Gneznensi
& pluribus viris eccl'iasticis atꝙ religiosis. Item regina heduigi,
Semouito & Ioanne Mazouie. Conrado Olesnicensi ducibus, &
cōplurimis baronibus. anno dn̄i millesimotricentesimooctuage
simoseptimo in lithuaniā intrauit & baptisma pcipere lithuanos
pcurauit. Colebant aūt ab origine lithuani numina, ignem. siluas
aspides & serpentes. ignē q p sacerdotē lingua eorū zincz nucu
patū subiectis lignis adolebaī. Siluas autē & lucos sacrosauctos

& habitacula deorū putabant. Aspides ꝟo atꝙ serpētes in singu
lis domibus velut deos penates nutriebant & venerabanī. Rex
itaꝙ Vladislaus ignē sacrum putatū in ciuitate Vilnensi barbaris
inspectantibus extingui. templū & aram in qbus fiebat hostiarū
imolatio dirūpi, siluas ꝟo succidi & cōfringi, serpētes ꝙꝙ necari
præcepit. barbaris flentibus deoꝝ suoꝝ falsoꝝ extminiū. Cōtra
regē aūt nec mussitare audētibus, mirātibus ꝙꝙ ꝙ Poloni sacro-
rū violatores ignis siluarū & serpentiū intacti illesiꝙ a dijs eorū,
secus ꝙ ipsimet quociens violabant fuerūt. Extermiatis itaꝙ ido
lis gens lithuanoꝝ p aliqt dies de articulis fidei & oratiōe dn̄ica,
p sacerdotes Polonos. magis tn̄ p regē Vladislaū q linguam gen- Litwam baptisat.
tis nouerat edocebaī & sacra baptismatis vnda renascebaī. Lar-
giēte pio rege Vladislao singulis ex populariū nūero post susce-
ptū baptisma, ex panno de Polonia aducto nouas vestes, qua pui
da liberalitate effecit, vt nacio illa rudis & pannosa, lineis in eā di
em cōtenta, fama hmōi liberalitatis vulgata, p cōsequēdis laneis
cateruatim ad suscipiendū baptisma ex omni regiōe accurrebat.
Et qm̄ labor erat imensus vnūquēꝙ credentiū baptisare singilla-
tim, mandante rege multitudo sequestrabaī in turmas & cuneos,
& vniuersis de qlibet turmarū bn̄dicta aqua sufficienī cōspersis,
cuilibet turme & vniuersis q in ea cōstiterāt nomē vsitatū petrus
scd'e paulus, tercie Ioannes &c̄. Feminis p turmas diuisis. Kathe-
rina Margaretha &c̄. iuxta numerū turmarū imponebaī. Milita
taribus tn̄ spūalis impendebaī baptismus. Fūdauit insup rex Vla
dislaus in Vilna eccl'iam cathedralē sub titulo sancti Stanislai pa-
troni Polonoꝝ, principalēꝙ arā in loco vbi ignis q falso ppetuus
credebaī cōstituit, vt error gentilis fieret cūctis patētior. Consti-
tuit etiā in eadē eccl'ia Vilnensi epūm viꝝ spectate ꝟtutis Andre
am Vazilo, natiōe Polonū, genere nobilē, de domo accipitrū, pro
fessione fratrē ordinis minoꝝ, olim Elizabet regine hungarie cō
fessorem & predicatorē insignē epūm Cereteñ. Eodē ꝙꝙ Vladi
slao rege instante Samagithia fidem christi & baptisma suscepit.
Ad cognoscendū aūt naturā puincie & gentis illius animaduerte

ꝙ regio Samagithia eſt ſeptẽtriõalis &gelida. Lithuanie, liuonie
& Pruſſie cõtermina, ſiluis. collibus. & fluminibus circumſepta.
In hos diſtrictus diſticta ſcilicet Iragola. Myedniki. Chroſſe. Ro=
ſena. Viduki. Vyelunya. Kelthini. Cȝethra. gentes regiõis ꝓcere
& alte ſtature, agreſtes & inculte pauco & caſtigato victu viuen
tes, ſitim aqua ſedare ſolite raro cereuiſia aut medõe. Auri argẽ=
ti eris ferri vini in illa tempeſtate exꝑtes & ignare. apud quos lici
tum erat vni viro plures habere vxores, & patre mortuo nouer
cam fratreqꝫ glotem in vxorẽ accipe. Nullus illic ſtubarũ nullus
edificiorũ nobiliũ, ſed tm̃o tugurij vnius vſus, ventrẽ diſtenſum
& porrectũ, extrema ꝟo hñs coartata, ex ligno & culmo ſtructu
ra largius ab imo ſenſim opis incremẽto edificiũ in arcius cogiť,
in carine ſeu galeȩ maxime ſilitudinẽ elaborata, in cacumie fene=
ſtra vna ſuꝑne lumen reddens. ſubter quã focus & cibus ꝑabiles
coquẽs & frigus ꝗ regio ꝓ maiori anni ꝑte cõſtricta eſt repellens,
in ea domo ſe, vxores, pignora, ſeruos, ancillas, pecus, armentum
frumentũ & omnẽ ſupellectilẽ cõdunt, gens ad diuinatiões & au
guria ꝓcliuis. Pręcipuũ numen Samagitticũ erat ignis, quẽ ſacro
ſanctũ & ꝑpetuũ putabant, ꝗ in mõtis altiſſimi iugo ſuꝑ fluuium
Neuyaſȝa ſito aſſidua lignoꝝ appoſitiõe a ſacrorũ ſacerdote ale=
batur. Accedens itaqꝫ Vladiſlaus rex turrim in qua cõſiſtebat in=
cendit & ignẽ diſijecit & extinxit. Succidit deinde ꝑ milites ſuos
Polonicos ſiluas, quas nõ ſecus ꝙꝫ ſanctas & deorũ habitacula ſa=
magitte iuxta illud poeticũ. Habitarũt dij ꝗqꝫ ſiluas. venerabanť.
in eam caliginẽ mentis ꝓlapſi, ꝙ & ſilue pręfate & aues, ferecꝫ in
illis cõſiſtentes ſancte forent, & ꝗcꝗd in illas ingredereť vt ſanctũ
deberet cenſeri. violanti ꝗqꝫ nemus, feras vel alites, manus aut pe
des demonũ arte curuabanť. Maxima itaqꝫ barbaros tenebat ad=
miratio, ꝙ Polonorũ milites nemus ritu eorũ ſanctũ excidentes,
nulla leſio qualẽ ipſi in ſe frequẽtius exꝑti erãt ſeꝗreť. Habebant
pręterea in ſiluis pręfatis focos, in familias & domos diſtinctos, in
ꝗbus om̃ibus charorũ & familiariũ cadauera cũ equis ſellis & ve
ſtimentis pocioribus incendebant, locabant etiam ad focos hm̃õi

ex ſubere facta ſedilia, in ꝗbus eſcas ex paſta in caſei modũ præ=
paratas deponebant, medonẽqꝫ focis infundebant ea crudelitate
illuſi, ꝙ mortuoꝝ ſuoꝝ anime quoꝝ illic cõbuſta fuerãt corpora
nocte venirent eſcaqꝫ ſe exſaciarent. Inſuꝑ prima Octobris die,
maxia ꝑ ſamagittas in ſiluis præfatis celebritas agebať & ex om̃i
regiõe vniuerſus vtriuſqꝫ ſexus cõueniens illuc populus, cibos
& potus ꝗlibet iuxta ſue cõditiõis qualificationẽ deferebat, ꝗbus
aliquot diebus epulati dijs ſuis falſis pręcipue deo lingua eorum
appellato Perkuno. id eſt tonitru, ad focos quiſqꝫ ſuos offerebat
libamia. Rex itaqꝫ Vladiſlaus primũ eos pater noſter, deinde ſim
bolũ docuit, qm̃ nullus ſacerdotũ linguã ſamagitticã nouerat, &
vndis baptiſmatis ablui iuſſit. Vnus aũt ex maioribus ſamagitta
rum ꝓ om̃ibus rñdit. Ex quo inꝗt ſereniſſime rex dij noſtri velu
ti inertes & languidi a deo Polonorũ deleti ſunt, deos noſtros &
ſacra eoꝝ deſerimus & deo tuo atqꝫ Polonoꝝ fortiori adheremꝰ
ſicqꝫ baptiſati ſunt. Rex aũt in Myedniki cathedralẽ eccľiam ſub
honore & titulo ſanctoꝝ martirũ Alexãdri Theodori & Euancij
In alijs aũt locis eccľias parrochiales fundauit, & illis dotẽ ſuffici=
entem cõſignauit & inſcripſit. Mednicenſis eccleſie primus epũs
Mathias origine almanus in Vilna tñ natus, eo ꝙ linguam lithua
nicam & ſamagitticã norat præfectus eſt & cõſecratus. Cõtingit
aũt in prima plantatiõe dũ ſamagitte ꝑ mgr̃m nicolaũ vaȝik, fra=
trem ordinis predicatorũ regiũ predicatorẽ ꝑ interpretẽ inſtrue=
renť de fide. creatiõe mũdi & lapſu primi hoĩs ade. vnus ſamagit
tarum ſufferre ſermonẽ p̃dicantis nõ valens in hæc ꝟba ꝓrũpit.
Mentiť inꝗt illuſtriſſime rex iſte ſacerdos, aſſerit mundũ creatũ
fore cũ ſit homo nõ longeue etatis, ſunt etem̃ inter nos plures an
norũ nũero ſeniores eo cẽtenariũ numeꝝ ſuꝑgreſſi, ꝗ creationẽ
nullam recordanť, ſed ſolem & lunam ceteraqꝫ ſidera ſemꝑ eiſdẽ
motibus luxiſſe reſſerũt. Rex aũt Vladiſlaus iubens eũ ſilere de=
clarauit magiſtrũ vaȝik creationẽ mũdi non aſſeruiſſe in diebus
ſuis incepiſſe ſed longe ante, puta ante ſex milia annorũ & paulo
plus ordinatiõe diuina ꝓueniſſe. Contulit autem rex Vladiſlaus

magnū ducatū Lithuanie & Samagittie Alexandro Vitoldo fratri ſuo patrueli, is qa acer & animoſus erat pugnando adiecit lithuanie ducatū Pſkow, quē pleſkouiā appellant. Deinde alterū ducatū Nouogrodien̄ q nugardia agnominat̄ Terciū ducatū Smolnenſem ſuo dn̄io appoſuit. Factaq͛ in circuitu pace in orientē penetrauit & incidēs in hordam thartaroꝝ multitudinē eorū in lithuaniā appulit ac in certo territorio lithuanie locauit, vſq͛ in hanc diem ꝑmanentē. Congeſtoq͛ fortiori exercitu iterū in Thartariā ꝑrexit, & ſupatis fluminib⁹ in planiciē diffuſe porrectam circa flumen Vorʒſkla quartadecima die auguſti ꝑuenit. Ibi occurrente ei impatore Zauolhenſi Temir kutlu, quē ſcriptores Temerlanem nucupāt, cū infinita ac inumerabili thartaroꝝ multitudine, de treugis & pace vtrinq͛ tractabant, concordia tñ neq͛q͛ a thartaris acceptabat̄. Vitoldus igit̄ a ſuis pſuaſus cū cuſtodibus corporis ſui retrorſum abijt & in lithuaniā fugitiue redijt. exercit⁹ vͦo ipſius ab infinita multitudine thartarorum obrutus in toto deletus eſt. Præterea Sigiſmūdus rex Romanorū iaciendo inter Vitoldū & Vladiſlaū fratrē eius regē Polonie fomitē diſcordiarū, coronam Vitoldo ꝓmiſit & in regē lithuanoꝝ ſublimari pſuaſit, verū cum afferret̄ corona ꝑ loca tutiora Marchie & Pruſſie. Nobiles maioris Polonie ſeſe oppoſuerūt, & cū exploratorib⁹ in cuſtodia ꝑmanendo, in loco q Turagora vocat̄, legatos impatoris Romanorū opꝑiebant̄ & expectarunt. Illi vͦo rem infectā cognoſcētes terrore ꝑculſi retroceſſerūt. Vitoldus aūt de hoc certior factus pre triſticia ab antrace inter ſcapulas orto vitā cū principatu finiuit. anno dñi Milleſimoq̄dringēteſimo trigeſimo. Poſt mortē Vitoldi Vladiſlaus Iagello rex Polonie Switrigellū fratrē ſuū in ducē Lithuanie anulo ſuo inueſtuit & ſubſtituit. q imemor bñficij cōtra Vladiſlaū Iagellonē tumultuauit & bella geſſit. ꝓpter qd̕ rex Vladiſlaus principi Sigiſmūdo de Starodup ſuggeſſit cōmiſit, vt ducatum Lithuanie ſub Switrigello ſurripet. Apparente igit̄ comete exili ſupra illū ducatū, dux Sigiſmūdus de ſtarodup Switrigal expulit & ducatū magnū lithuanie poſſedit. Hūc Sigiſmūdus Iwan

dux Czarthorienſis, genere & ſecta Rutenus poſt aliquot dies occidit. Ingrediebat̄ ſiqdē ex cōſuetudine vrſa ad tabernaculū ducis ſigiſmūdi. Ruteni itaq͛ more vrſe hoſtiū tabernaculi fricabant & mouebant, quo audito dux Sigiſmundus vrſam adueniſſe putando, hoſtia aperuit, & a Rutenis vulneribus cōciſus occubuit. Eneas de Picolominibus ſcripſit, nō hūc ſigiſmundū ſed Vitoldū ſicut pręmiſſum eſt, ꝑ ſuos in forma vrſe deluſum interfectum. Sed inſcijs relatoribus credidit & erroneę ſcripſit, quemadmodū ſili errore ductus, pluria de Lithuanis, pluria & de Polonis cōficta litteris tradidit. Poſteriq͛ hiſtoriographi errantē erroneę ſequētes, ipſius Eneę abſurditates & loca atq͛ mores illaꝝ nationū nūq̄ viſa, alit̄ q͛ fuit & q̄ eſt, tanq͛ vera litteris demādare nō erubuerūt, cū expientia pręteritorū atq͛ pręſentiū ipſum & ipſos inexptes & alit̄ q̄ res habeat ſcribētes redarguat. Succeſſit duci Sigiſmūdo de ſtarodup, Kazimirus Vladiſlai Iagellonis tercius natus in magno ducatu Lithuanie, quē fere qnquaginta annis gubernauit, ſub cui⁹ extremis & vltimis annis Iuan dux Moſkorum auulſit & ſibi appropriauit ducatum Nouogrodienſem, al's Nugardiā ſeu nouogrodiā nucupatū. Poſt Kazimirū in Lithuania dn̄atus eſt Alexander filius eius quartogenitus, cuius tꝑibus prefatus Iwan dux Moſkorū principatū Mozaiſenſem, longitudinis ſeptuaginta. latitudinis totidē miliariū, & caſtra q̄draginta ſubripuit. Alexandro vita functo Sigiſmūdus modernus in magno ducatu Lithuanie ſuffectus eſt, ſub cuius dn̄io Vaſſilko Moſkouie dux & principatū Pſkow quē pleſkouiā appellant, & ducatum Smolnenſem expugnauit & poſſedit.

¶ Capitulū terciū de amplitudine & cōtentis Magni ducatus Lithuanie.

AMplitudo Magni ducatus Lithuanie eſt talis. A mari Balteo ſeu Prutenico ad Vilnam capitalē ciuitatē lithuanie ſexaginta miliaria. a Riga vͦo ad Vilnam recto itinere ſeptuaginta miliaria, eūdo vͦo ſup Poloczko vt comunit̄ vadūt

erunt a Riga in Vilnam ceutũ miliaria. Deinde a Vilna in Kiow, sunt centũ miliaria. A Kiow vsq; ad cõfluentiã vbi iungunt̃ fluuij Dinepr & Boh, quos græci boristenẽ maiorẽ & minorẽ appellãt, sunt decẽ diete quæ faciũt septuaginta miliaria. ibi steterat castrũ Dzassow, qđ destructũ est, & ibi est finis dominij lithuanoꝝ, cũ prius ꝑtendebat̃ ad Byaligrod qđ latini albũ castrũ nucupant, & ipsum Thurci expugnarũt & possident, circũ circa ṽo thartari in campis degũt. Ista est cõputatio versus meridiẽ, qnimo veri⁹ dicã inter oriens & meridiẽ. Iterũ ex transuerso cõputando, a Parcow & metis lithuanie in Vilnã sunt octuaginta miliaria, sed a Cracouia ꝑ eandẽ viã vsq; in Vilnã sunt centũ & viginti miliaria. A Vilna in Smolensko centũ miliaria. a Smolensko in Moskwam ciuitatẽ Moskorũ centũ miliaria, & sunt miliaria Germanica magna. Prima autem & capitalis ciuitas in lithuania est Vilna, & est tanta quãta Cracouia cum Kazimiria Clepardia & oĩbus suburbijs, verũ domus nõ sunt coherẽtes sicut in nostris ciuitatibus, sed vt sepe mediant orti & pomoria. habet Vilna bina castra murata, superũ in monte & inferũ in basso. Nouigrod ṽo quã latini nugardiam vel nouogardiã vocant fuit de possessione magni ducatus lithuanie, ꝑ ducẽ Vitoldũ armis conqsita, & est nouogrod in amplitudine paulo maior q̃ Roma, qa Roma in ambitu continet triginta duo miliaria Italica q̃ faciũt sex miliaria Germanica, & duo miliaria Italica supsunt. Nouigrod aũt cõtinet integra septẽ miliaria, al's trigintaqnq; miliaria Italica. Itẽ Nouogrod lignea habet edificia Roma ṽo murata. Distat Nouigrod a mari balteo duob⁹ vel quasi trib⁹ miliarijs. Et fuerũt adhucq; sunt in ea ditissimi mercatores, intantũ q̄ apđ quẽlibet mercatorẽ iuxta refectorium est cranc; i. reseruaculũ loco testudinis, in qđ argentũ aurum & res preciose conqsite ꝓijciebant̃ absq; nũero. Vnde Iwan, qđ sonat Ioannes princeps Moskoꝝ anno dñi millesimoq̃dringẽtesimo septuagesimonono. surripiendo Nouigrod de manibus Kazimiri magni ducis lithuanie, huiuscemõi thesauros Nouogrodien̄ exhausit. & tricentos currus ad summũ implendo, dũtaxat de auro

argento & vnionibus preciosis in Moskouiã abduxit. & qa in eadem Nouigrod ꝑniciosa cõsuetudo inoleuerat siccariorũ & raptorum, sepeq; aliquo reo inuẽto vel designato pulsabat̃ campana pretorij, vbi centũ senatores tanq; iudices sedebant, oẽs more illius patrie barbam ꝓtensam nutriẽtes. vulgus aũt audito sono campane cõcurrebat de tota ciuitate. ita q̄ qlibet hospes duos accepit lapides sub brachio, & filij hospitũ similit̃. Cũq; reus ꝑ senatores cõdemnaret̃ lapidib⁹ astantes obruebãt & interficiebãt eũ, tumultuoseq; ad domũ cõdẽnati currẽtes diripiebant oĩa bona occisi, & area dom⁹ postea vẽdebat̃, & pecunia exinde ꝓ Repu. cõfiscabat̃. Iccirco Iuan dux Moskoꝝ p̃fatus apphẽsa & possessa Nouigrod in qnq; famosiorib⁹ plateis qnq; capitaneos cũ armigeris cõstituit, ad sedandũ & ꝓhibendũ solitos tumultus inuasiões & spolsa. Est in nouogrod castrũ Deczen nucupatũ, in eo pricipalis eccl'ia est sancti sophie i. saluatoris & est tecta aureis laminib⁹ splẽdescẽtib⁹, suntq; in eadẽ nouogrod septẽ monasteria cirnkorum i. nigrorũ monachorũ de regula sancti Basilij, & distant a se inuicẽ fere vel ꝓpe ꝑ mediũ miliare. In primo monasterio beate marię virginis sunt mille monachi, in altero sancti georgij septingenti, in tercio sexingẽti, in q̃rto q̃dringẽti, sic cõsequent̃ in alijs monasterijs. Sũt & eccl'ie sanctoꝝ plurie, & solius sancti Nicolai (quẽ Ruteni int̃ alios sanctos plus colũt) eccl'ie sunt tot quot sunt dies in anno. Habet eleuationẽ poli Nouigrod sexaginta sex graduũ, & in estate circa solsticiũ estiuale post occasum solis apparet lux celi vsq; in ortũ solis, vt artifices sartores sutores & cęteri mechanici suere & laborare possint. Post Nugardiã ad septẽtrionẽ est Suecia & Filandia vsq; in oceanũ septẽtriõis. Pskow vrbs notabilis murata & magna, mĩor tñ q̃ nouigrod adiacet Moskouię & lithuanię, hãc latini Pleskouiã appellãt. inhabitatores ipius omnes sunt lingua & ritu Ruteni, barbã nõ radũt & crines capitis nõ tondũt, habitũ ṽo in toto deferũt almanicũ. Habet terra Pleskouię triginta castra murata & sunt versus Liuoniã, & nõ sunt tam bona castra in Moskouia neq; in Lithuania. Tota autẽ terra Ples-

ſkouie ſexagita miliaria in lõgitudine & q̃dragita in latitudine cõ
tinet. Vaſſilo modernus priceps Moſkouie ꝑ cõpoſitionẽ & tra⸗
dimentũ ſeniorũ adeptus eſt & poſſidet Pikow, depoſuitqꝫ cam⸗
panã ad cuius pulſum tota ciuitas cõfluebat & iniuriantes oppri⸗
mebat. Contra pactũ q̃qꝫ & ꝓmiſſa ſua, abegit wladicam i. epũm
loci & plures nobiles ac ciues Pleſkouie, & locauit ĩ ciuitate moſ⸗
kua & alijs locis Moſkouie. Deinceps v̾ſus orientẽ eſt Polocȝko
caſtrũ & ciuitas magna & ꝑtinet ad ducatũ Smoleñ, poſſidet eam
magnus dux lithuanie. Poſt hãc ad orientẽ eſt Smolenſko caſtrũ
& ciuitas ex roboribus ſtructa & foſſis ꝓfundis munita. ipſa aũt
terra ſeu ducatus Smolẽſko cõtinet in longũ ſexaginta aut ſeptu
agita miliaria Germanica. Præt̃ea linguagiũ Lithuanicũ eſt q̃dri⸗
partitũ, primũ linguagiũ eſt Iacȝuingorũ vt hoꝝ qui circa caſtrũ
Drohicin inhabitarũt & pauci ſupſunt. Alterũ eſt lithuanorũ &
Samagittaꝝ. Terciũ Prutenicũ. Quartũ in Lothwa ſeu lothihola
.i. Liuonia, circa fluuiũ Dȝuina & Rigã ciuitatẽ. Et horũ q̃ꝗ eadẽ
ſit lingua, vnus tñ nõ plene alterũ intelligit, niſi curſiuꝰ & q vaga
tus eſt ꝑ illas terras. Habuit hoc linguagiũ q̃driꝑtitũ tꝑe idolatriȩ
pontificẽ maximũ vnũ, quẽ Criue appellabãt, morantẽ in ciuitate
Romoue a roma dicta, q̃m hoc linguagiũ de italia iactat ſeſe ad⸗
ueniſſe, & habet nõnulla vocabula italica in ſuo ſermone. De iſto
Criue & ciuitate Romoue in legẽda ſancti Adalberti põtificis &
martiris legit̃. Et ſcias ꝙ in Pruſſia iam pauci ꝓferunt Prutenicũ.
ſubintrauit ſiqdẽ lingua Polonoꝝ & Almanorũ. ſic & in Lothua
pauci villani ꝓfitent̃ hanc linguã q̃a ſubintrauit Almanicũ. In Sa
magithia aũt q̃ eſt lõgitudinis q̃nquaginta miliarioꝝ & in lithua⸗
nia q̃ in longũ trigita miliaria cõtinet, in villis lithuanicũ loquunt̃.
& in magna ꝑte Polonicũ ꝓfitent̃, nã & ſermone Polonico ſacer⸗
dotes eis p̃dicant in eccl̃ijs. Inſuꝑ ſcito ꝙ hoc linguagiũ q̃driꝑtitũ
totũ eſt de obediẽtia & fide Romane eccl̃ie, in alijs aũt ꝓuincijs
circũ iacẽtibus vt in Nouigrod. in Pleſkouia, in Polocȝko, in Smo
lẽſko & in meridiẽ vſqꝫ poſt Kiow Ruteni ſunt om̃es & rutenicũ
ſeu Slauonicũ loquunt̃ ritũqꝫ græcoꝝ obſeruant, & obedientiam

Cõſtantinopolitano patriarche pręſtant. Amplius ſunt in ducatu
Lithuanie Thartari circũ Vilnã, & hñt ꝓprias villas, colũt agros
more noſtro laborant & vehũt merces. ad mandatũqꝫ Magni du
cis lithuanie om̃es ad bellũ aſſurgũt, loquunt̃ thartaricũ & colũt
Machometẽ q̃a ſaracenorũ ſectam ꝓfitent̃. Inſuꝑ ſunt Hebrei in
lithuania pręſertim in ciuitate Troki, hi laborant & mercant̃ the
lonea & officia publica tenent de vſuriſqꝫ nõ viuũt. Poſt hoc de
fluminibꝰ dicamus. A ꝑte oriẽtali dominiũ lithuanorũ terminant
fluuij Oſkol. Iugra. Donyecȝ. i. paruus Don, & eſt paruus tanais.
hi & plurimi alij in Tanaim decurrũt. Itẽ ex dñio lithuanoꝝ poſt
caſtrũ Veſnya (qd̾ dux Moſkouie modernus Vaſſilo occupauit)
ortus eſt Dinepr ſeu boriſtenes ex terra plana lutoſa ex ſtagnis in
denſis ſiluis, & fluit ſub Smolẽſko & ſub Kiow. tandẽ emẽſis q̃ſi
tricẽtis miliarijs Germanicis in mare Ponti incidit. Itẽ Vilia alius
fluuius trigita miliarijs ad orientẽ Vilne ciuitatis ortũ cepit, & ſub
caſtro Vilnẽſi cũ alio fluuio minori vilna dicto (& iniciũ eius du
obus miliarijs a prefata ciuitate vilna cõputat̃) cõmiſcet̃, vnaqꝫ ad
magnũ fluuiũ Niemen influũt. Niemẽ aũt fluuius valde flexuoſe
decurrit, naues defert & merces, & poſt caſtꝝ Kowno ĩ mare Pru
tenicũ cadit. Itẽ Dȝwina magnus fluuiꝰ fontes habet in Moſkouia
& in dñio Lithuanoꝝ fluit ſub caſtro Vitepſk, deide ſub Polocȝ⸗
ko, hoſtia eius circa Rigam ciuitatẽ Liuonie vbi in mare cadit. Et
ſcias ꝙ queãdmodũ in ſuꝑioribus premiſi, tria magna flumia ꝓpe
ſe inuicẽ oriunt̃, ſcilicet Dinepr. Dȝuina & Volha. oriunt̃ inquã
in locis planis nemoroſis paluſtribus. nõ ex mõtibus Hiꝑboreis.
nõ Ripheis, nec aliq̃bus mõtibꝰ q in natura minime ſunt, dũtaxat
figmẽto olim græcoꝝ tanq̃ in rei veritate exiſterẽt glorioſe & am
pulloſe predicati ſunt, & ꝙ prefata flumia ex ipſis erũpent ac ori⸗
rent̃ ꝑ ſeq̃ces hiſtoricos coſmographos & poetas inexꝑte deſcri
pti decãtatiqꝫ ſunt, cũ nuſq̃ cõpareant. plana ſiqdẽ eſt terra ꝑ totũ
vnde illa ortũ ducũt. Et Dinepr q eſt Boriſtenes ad meridiẽ fluit
vſqꝫ in mare Ponti incidens. Dȝwina grande flumẽ ex Moſkouia
erũpens, ad occaſum ſolis ꝑ dñia lithuanoꝝ & ꝑ Liuoniã labens.

iuxta ciuitatē Rigam in mare Balteū descēdit. Volha maxim⁹ flu
minū etiā ex Moskouia oriens in septētrionē tēdit, reuersusq in
orientē longique circuit tanaim, tandē cōuersus in meridiē p Sci
thiam seu sarmatiā asianā & campos planissimos thartarorꝝ pua
gatus in viginti qnq flumia magna partit⁹ mare Euxinū ingredit.
Distat tanais a volha in thartaria itinere sex hebdomadarꝝ, admi
nus tribus aut qtuor velocissime currētibus. Sūt & alia in Lithua
nia & Moskouia multa flumia & stagna magna, parua ꝟo flumia
& riui sine nūero in maiora defluūt. Oīa piscosa abūdant, ita q
in illis terris vbi aqua ibi & pisces, & sunt pisces sapidiores & de-
lectabilioris gustus q in regioīb⁹ nostris, piscine & fodine, p aqs
& impiscatioīb⁹ tanq inutiles illic nō fiūt. Amplius in ducatu lith-
uanię panis rusticorꝝ nigerrim⁹ est nō cribratus, ex siligine aut or
deo vna cū furfuribus. dn̄orꝝ ꝟo & potentū panis delectabilis de
pura similagine tritici albissimus pinsit & habet. vino carent nisi
qd aliūde ducit, pręcipue vinū Rinense, & ex occidētalibus regi
onibus p mare Germanicū & Balteū adductū alicubi repit, medo
ne & spisso & tenui & variomodo cocto abūdant & illo reficiunt
& inebriant. Cereuisias coquūt diuersimode & ex varijs granis,
puta frumēto, siligine, ordeo, auena, milio &c. & nō sunt sapide,
vulgus aūt vt semp aquā bibit. oliue & fructus dulces ac delicati
illic nō crescūt, algida etem & frigida est puincia. Armēta habēt
oīs generis & feras siluarū, plus q in orbe christianorꝝ repiant.
saltus deserta & silue sunt magnę decē aliqn qndecim miliariorꝝ.
nōnūq & vigiti qnq miliariorꝝ, ad latera desertorꝝ & siluarū vil-
le & habitatores ieniuut, & iccirco qa magna nemora sunt ma-
gne fere & multe abūdantissime visunt & capiunt. vri & boues
siluestres, qs lingua ipsorꝝ thuri & zūbrōes vocāt. onagri & equi
siluestres, cerui, damę, dorcę, capreę, apri, vrsi, mardures, scismi,
& cetera genera ferarū. Insup aues abūdant & ficedule q̄uis illic
vineę nō sunt aduolant & inpinguant atq cum suauitate edunt.
Estq in Lithuania & Moskouia animal voracissimū & inutile, qd
alibi nō cōparet rossomaka nominatū. quātitatis canis, faciei catti

corporis & caude vt vulpis, colore nigrū, cadaueribus vescit. In-
uētoq cadauere intantū vorat vt extēdat & inflet tanq timpanū.
reptaq angustia stricta iuter arbores intrat & intrudit se cū vio-
lentia premēdo, vt violent comesta violētius egerat, sicq extenu-
atum denuo cadaueri accurrit & ad summū implet cū vicissitudi-
ne expressionis & ad morticiniū reuersionis donec totū absumat
& deuoret. Et forsan natura tam insaciabile animal in illis regio-
nibus pducit, vt hoīes simili voracitate laborātes redarguat. Qm
potētes cū cōuiuare cepint, sedent a meridie in mediū noctis cō-
tinuo cibo & potu sese oplendo, & a mensa quociēs natura ppel-
lit assurgendo & egerendo. iterū & iterū vorant vsq ad vomitū
& amissionē discretioīs & sensus. tunc q inguinis & capitis quæ
sunt discrimina nesciūt. estq illa cōsuetudo pniciosa in lithuania
& Moskouia, magis ꝟo & absq rubore in thartaria. Est etiā in il-
lis terris lithuanię Moskouię & thartarię ab origine consuetudo
venditioīs hominū, serui natura vēdunt a dn̄is suis tanq pecora.
puerīq eorꝝ & vxores qnimo paupes hoīes libero ventre nati vi-
ctu carentes vendunt filios & filias suas interdum & semetipsos,
vt apud patronos filiq & grossis cibis saturarent.

Tractatus secūdus libri secundi.

¶Capitulū primū de Moskouia

Moskouia est regio longissima latissimaq, nam a
Smolensko vsq ad Moskuam ciuitatē sunt cen
tum miliaria. a Moskua ad Volochda centū mi-
liaria, & Volochda est puincia & fluuius p ip-
sam labens eodē nomine vocat. a Volochda ad
Vsczuga centum miliaria. ab Vsczuga ad Viathka centū miliaria.
& ista quadringenta miliaria sunt de regiōe Moskouie, & sermo
p totū est Rutenicus seu Slauonicus. vltra predicta a Viathka ad
regionē Permska centū miliaria. inde ad terrā Vahulczka trigin-
ta miliaria, & hęc cū Scithia cōfinat. Et iste puincie subiecte sunt
duci Moskouię, additisq terris ad septētrionē & orientē ab eodē

duce Moſkouie poſſeſſis Iuhra & Corela q̃ ſunt in Scithia erunt
ꝗngenta miliaria germanica magna. verū Moſkouite nō ꝑ mili⸗
aria noſtra cōputant ſed ꝑ verſt & verſt eſt ꝗnta pars miliaris ger
manici. Nūerant itaqꝫ a ciuitate Moſkua ad Vlodimiriā ciuitatē
decēſeptē miliaria germanica. abinde ad Vſczuh ꝗngenta verſt.
iterū ab Vſczuh ad Iuhram ꝗngenta verſt. Intra Moſkouiam aūt
ſunt multi ducatus, eſt ducatus ſeu terra moſkonie de qua trigin
ta milia pugnatorꝝ nobiliū ad bellū eggrediunt̃, agreſtiū ꝟo ſexa
ginta milia. Eſt & ducatus ſeu terra Twerczka, de qua quadragin
ta milia armatorū nobiliū dūtaxat ad bellū ꝓdeūt. In hoc ducatu
capitalis ciuitas Twerd nucupat̃, & eſt ciuitas grandis lignea de
lignis edificata. in ea ſunt eccl'ie ligneȩ centū & ſexaginta. caſtrū
etiam ligneū eſt, & ſunt in ipſo nouē oracula ſeu eccl'ie. Prīcipalis
eſt ſancti Saluatoris & illa dūtaxat eſt murata. ſub hac ciuitate &
caſtro ampliſſim⁹ fluuius volha labit̃. Ducatus Chelmſki de quo
ſeptē milia pugnatorū exeūt. Ducatus Zubczowſki de quo qua⸗
tuor milia armatorū. Ducatus Klinſki de quo duo milia bellatorū
ꝓdeunt. ad terrā Twerdeñ ānumerant̃. Itē ducatus Kubenſis tri⸗
ginta miliaria in longū cōtinens. Ducatus Iaroſlauieñ quadragīta
miliaria de terra hn̄s. Ducat⁹ Szuherſieñ vigīti miliaria terre hn̄s.
Ducatus Szachoueñ trigīta miliaria in longū cōtinens. oēs ſunt
in miliarijs Moſkouiȩ in longū cōputatis. Inſuꝑ ducat⁹ Rzezenſis
de quo ꝗndecim milia boiarorū ſeu nobiliū armatorū euadūt, &
fluuius noīatiſſimus tanais de ipſo orit̃. Itē ducatus Suſdalorū &
plures ei adiacētes deſolati & deſtructi ſunt ꝑ thartaros. Eſt & ter
ra thartarorꝝ Kozanſka horda noīata triginta milia pugnatorum
ꝓducēs, principi Moſkorꝝ ſubiecta, in campis iuxta caſtrū Kozan
(qđ dux moſkouie poſſidet, & alluit̃ magno flumīe volha) degēs.
Moſkwa eſt ciuitas principalis ſatis magna bis maior q̄ꝫ Florentia
Tuſciȩ, aut bis maior q̄ꝫ Praga Bohemie vrbs, Praga dico quȩ ex
tat & quā tu vidiſti. Non Praga quā ꝗdam nouus hiſtoricus ficte
aſtruit longiſſimā triū dierū itinere ciuitatē qđ fabula eſt. verum
Moſkwa lignea eſt non murata plurimas hn̄s plateas, & vbi vna

platea finit̃ altera non ſtatim incipit ſed campus mediat. Inter do⸗
mos quoqꝫ ſepes mediant, ita vt domus ſibiinuicē nō cohereant.
Nobiliū domus ſunt maiores plebeorū ꝟo humiles. Fluit ꝑ medi
um ciuitatis & ſub caſtro ipſius fluuius eiuſdē noīs cum ciuitate,
Moſkwa appellatus, & eſt tantus quantus Multaua in Praga, aut
Arnus in Florentia. Caſtrū aūt qđ eſt in medio ciuitatis in plano
eſt caſtrū bonū muratū tante amplitudinis vt Buda in Hungaria.
habet tria ꝓpugnacula, & cū his turres magnȩ ſimul computate
ſunt decē & ſeptē, tegulis latericijs tecte ſed vnus murus. in eo ca
ſtro eccl'ie ſunt ſedecim, tres murate ſcilicet ſancte Marie, ſancti
Michaelis & ſancti Nicolai, reliquȩ ſunt de ligno. Palaciū ducis in
prefato caſtro eſt muratū adinſtar italicū nouum non amplū, nec
magnū, tres curiȩ nobiliū ſunt murate. alie domus ligno conſtru⸗
cte ſtube oēs nigrȩ. Alie ciuitates moſkorū ſunt minores & ca⸗
ſtra minora omnia de lignis fabrefacta. Preterea terra Moſkouiȩ
plana eſt boſcis ac ſiluis aquis quoqꝫ fluminibus piſcibus & feris
quēadmodū Lithuania refferta, ſed frigidior & ſeptētrionalior,
vnde pecudes & pecora parua ſunt & mutila abſqꝫ cornibus q̄ſi
ſemꝑ ꝓpter frigus, homīes ꝟo ꝓcere alte & robuſte ſtature ſunt.
bibūt aquā medonē & quaſſecz i. fermentatos liquores. Arant &
ſulcant ligno ſine ferramēto, & arpicant frondibus arborū ſupra
ſeminata equis tractis, raroqꝫ ꝓpter intenſa & longa gelua ſege⸗
tes matureſcūt. ideo meſſis & ſectis fruib⁹ in ſtubis deſicant ma⸗
turant & triturāt. Sepenūero aūt vtunt̃ calefaciētibus aromatib⁹,
ſepe & ſublimatis, de aromatibus de melle vel alio calefactorio,
ita vt & de auena aquam ardentē ſiue ſublimatū faciant & bibant
ad effugandū & repellendū algorē & frigus, alit̃ ex frigore con⸗
gelarent. Carent vino & oleo, & ne inebriarent̃ prīceps terre pro
hibet ne medo aut liquor inebriās in aliqua domo reꝑiat̃ ſub pri⸗
uatione vite, niſi bis aut ter in anno ex admiſſione prīcipis. Mone
tam hn̄t argenteā puri argenti dzingis nominatā, maiorē & mino
rem, forme oblonge quadrāgularē nō orbicularē nō politam nec
bene planatā, Eſtqꝫ terra diues argento & cuſtodia vudiqꝫ clauſa,

vt nedum ſerui & captiui ſed & liberi indigene & aduene exire
abſq; litteris ducis nequeant & hec hactenus. Flumina in Moſko
uia ſunt pluria, aliqua aũt maiora ſcitu digna enumerabo. Tanais
nomiatiſſimus fluuius a thartaris & moſkouitis Don nucupatus.
fontes & originẽ habet in Moſkouia, ꝓpe in ducatu Rzezenſi. Con
ſurgit de terra plana ſterili limoſa paludinoſa & nemoroſa, cũq;
ad orientẽ ſolis ꝓceſſiſſet vſq; ad metas Scithie & Thartarie, de-
clinat ad meridiẽ, & ꝑueniens ad paludes Meotides illic hoſtia te
net & ingredit̃. eſt tantus Tanais quantũ dicerẽ triplatũ Tiberim
poſt Romam in mare Tirrenũ decurrentẽ, aut quantũ Danubiũ
in duplo circa Budam. Et doctrina aſtrologoꝝ tenet, ꝙ Tanais ſit
eius lõgitudinis cuius & Nilus fluuius Egipti, puta circa ſexagita
gradus lõgitudinis, & ſicut Nilus a meridie ad mare Alexandrię
deſcendit, ſic Tanais a ſeptẽtrione in Meotidas & mare Ponti de
fluit. Nec piget repetere qđ ſupra dixi alia magna flumĩa ex Mo
ſkouia eſſe orta videlicet Dzuina, Volha & Dinepr ſeu Boriſtenẽ
Et cũ Moſkouia ſit regio plana nõ mõtoſa, predicta flumina in di
ſtantia nõ valde longinqua a ſeinuicẽ ex terra plana nemoroſa &
paludinoſa oriunt̃. Maximuſq; fluminũ ille Volha in Thartarico
dictus Edel, tendens in ſeptẽtrionẽ, ꝓcedit ducentis miliarijs vſq;
ad (niſni Nouigrod) qđ ſonat inferius nouũ caſtrũ, & eſt in ter-
ra Moſkouię, & illic accurrit & ei cõiungit̃ magnus fluui⁹ ex me-
dia Moſkouia ꝓcedens Occa cognominatus. Deinde octuaginta
miliarijs germanicis Volha ſub caſtrũ Koſan qđ dux Moſkouię
poſſidet. tandẽ ſub caſtrũ Sarai qđ thartari tenẽt fluit. Deinceps
verſus meridiẽ vigintiq̃nq; fluminib⁹ tantis vt eſt Tiberis in Ro
ma, & alijs multo maiorib⁹ influit in mare Euxinũ. Accipiat itaq;
R. P. tua & cõtra om̃es aduerſantes tueat̃ & dicat ꝙ prælibata flu
mina nõ de mõtibus, nec de radicibus montiũ, qm̃ ibi mõtes ſunt
nulli oriunt̃ & fluũt. Accipiat ſcđo ꝙ mõtes Hiꝑborei & Riphei
de q̃bus emanaſſe illa flumĩa ab aliq̃bus fabuloſe ſcripta ſunt, nec
in Moſkouia neq; in alijs partib⁹ ſeptẽtrionis ſunt. Recteq; dicet̃
confictos fore & nuſq; exiſtere, niſi forte in libro ſcripti aut picti

& nõ in terra reperiri affirmarent̃. Accipiat tercio ꝙ in dñio Mo-
ſkorũ queẽadmodũ & in terris Thurcorũ, homines de loco in lo-
cum & de territorio in territoriũ ad incolendũ transferunt̃, & alij
ꝓ his cõmutatim mittunt̃ & locant̃. Accipiat quarto in Moſkouia
vnam linguam & vnũ ſermonẽ fore ſcilicet Rutenicũ ſeu Slauo-
nicum in om̃ibus ſatrapijs & principatib⁹, ſic ꝙ etiã Ohulici & q̃
in Viathka degunt Ruteni ſunt & rutenicũ loquunt̃, vnamq; ſe-
ctam & religionẽ inſtar græcorũ tenent, om̃eſq; wladicę i. epiſco
pi q̃ plurimi ſunt patriarche Conſtantinopolitano ſubſunt, & cõ-
firmationẽ ab ipſo poſtulantes obedientiã ꝓmittũt. Pręter thar-
taros Koſanẽſes q̃ ducẽ Moſkorũ recognoſcẽtes Machometum
vna cũ Sarracenis venerant̃ & linguagium thartarorũ loquunt̃.
Etiam preter alienigenas ad ſeptẽtrionẽ in Scithia cõmorantes q̃
ſermõe & linguis ꝓprijs loquunt̃ & idola colunt, prout in ſequẽti
capitulo dicet̃. Accipiat quarto ꝙ poſt terrã Viathka nucupatam
in Scithiã penetrando iacet magnũ idolũ (Zlota baba) qđ inter-
pretatũ ſonat, aurea anus ſeu vetula, qđ gentes vicinę colũt & ve
nerant̃. nec aliq̃s in proximo gradiens aut feras agitando & in ve
natione ſectando vacuus & ſine oblatione ꝑtranſit, q̃nimo ſi mu-
nus nobile deeſt pellẽ aut ſaltem de veſte extractũ pilũ in offerto
riũ idolo proicit, & inclinando ſe cũ reuerẽtia ꝑtranſit.

¶ Capi. ſecũdũ de regiõibus Scithię Perm Baſkird Iuhra
& Corela ꝑ ducẽ Moſkouię ſubiugatis.

POſt Moſkouiã ſunt gentes & regiões inter ſep-
temtrionẽ & orientẽ in fine aſię ſeptẽtrionalis q̃
ꝓprię Scithia dicit̃, principi moſkouię ſubiectę,
ꝑ Yuan ducem moſkouię principalit̃ ſubiugate
ſcilicet Perm. Baſkird. Czíremiſſa. Iuhra. Corela
Perm monoſilabũ eſt, inde terra Permſka biſſi-
labe permſka ꝓnũciando, & fuit regio idola colens, quam Yuan
dux moſkorũ citra annos viginti baptiſma ꝑcipere coegit, more
Rutenorũ ſeu Græcorũ. & poſuit eis wladicam i. epũm nomine
Stephanũ quẽ barbari poſt diſceſſum ducis viuum excoriauerũt

& necauerũt, reuersusq; dux afflixit eos & aliũ denuo presulẽ cõ-
stituit, sub quo tanq̃ noui christicole rutenorũ scisma & ritũ pro-
fitentes ꝑmanent. Alie vero regiones preexpresse in infidelitate
& idolatria ꝑsistunt. Colunt solẽ lunã stellas bestias siluarũ & qđ
eis occurrit. habẽt ꝓpria linguagia & idiomata. In terra Permska
ꝓpriũ idioma, in terra Baskirdoꝝ ꝓpriũ, in Iuhra ꝓpriũ & in Co
rela etiã ꝓpriũ. In his regiõibus nõ arant, nõ seminant, panes non
hñt, nec pecunias. feris siluarũ quę apud eos abũdant vescunť, &
nõ nisi aquã bibũt. Morantť in densis siluis, in tugurijs ex virgul-
tis factis. Et q̃a silue illas terras contexerũt hoĩes siluestres & feri
nos effecerũt. Sunt velut bestię ratiõe nõ vtentes. vestimenta de
lana nõ hñt, pellibus teguntť rude & grosse consuentes varias pel
les insimul, ex lupo ceruo vrso sabellis & scismis & ceteris prout
sors obtulerit. Et q̃a ipsoꝝ terre mineras nõ nouerũt, pro omagio
duci Moskouię mineras nõ pendũt, sed pelles animaliũ siluestriũ
q̃bus abũdant. Proximiores oceano septẽtriõis vt Iuhri & Coreli
piscantť & capiũt balenas seu vitulos & canes marinos, quos ipsi
(vorvol) appellant, & ex cute eoꝝ parant redas bursas & kaletas,
axũgiam aũt ꝓ impinguatiõe seruant & vendũt. In Iuhra & Co-
rela sunt aliqui mõtes mediocris tumoris, nõ altissime eleuatiõis
ꝓut q̃dam putauerũt & scripserũt. Supra montes aũt oceani qui
mediocres sunt ꝑ totũ septẽtrionẽ oceano adiacentes, scandũt ex
mari pisces morss nucupati, dente sese supra montem cõtinendo
fricando & ascensum ꝓmouẽdo. Dũq; ad sumitatẽ mõtis ꝑuene-
rint ad vlteriora gressum ꝓmouẽdo, ad alterã partẽ montiũ vo-
lutando decidũt. Hos ille gentes colligẽdo dentes eorũ satis ma-
gnos latos & albos pondere grauissimos capiunt & Moskouitis
pendũt atq; vendũt, moskouitę v̾o his vtunť, ad Thartariam q̊q;
& Thurciam mittũt, ad parandũ manubria gladiorũ framearum
& cultrorũ, q̃m grauitate sui maiorẽ ac fortiorẽ impressionẽ im-
pegunt & prebent impellẽtibus laborantibus preliantibus & oc
cidentibus. Et memineris ꝙ supra dixi, hanc esse illam Iuhram re-
gionẽ Scithię, de qua eggressi sunt Iuhri, a posterioribus hugui

& hungari dicti, q̃ ad Gothiam ascendentes, vehementť multipli-
cati transierũt maxima flumina circa paludes Meotidas, intraue-
runtq; Pannoniam, & secũdo regressu eam occupauerunt posse-
derunt. & in hanc diem tenuerunt, suntq; eiusdẽ sermonis & lo-
quele precise, nisi ꝙ addiderũt nostri hũgari aliqua vocabula ex
Slauonico idiomate, earum rerũ quæ in Scithia & Iuhra non re-
periunť, Verum in Pannonia Iuhri sunt christicolę, in Iuhra vero
patres eorum idolatrę, policioresq; & culciores sunt Hungari in
Pannonia, omnibus delicijs pleni (q̃q̃uis in toto ferocitatẽ nondũ
deposuerũt) q̃; Iuhri septẽtriõalissimi in Iuhra, q̃ in toto siluestres
sunt bestiales & in frigidissima regione miserrime degentes. In-
suꝑ memineris in his regionibus Scithię ad oceanũ septẽtrionis,
non esse magna flumina, sed esse quasdã rupes & mõtes medio-
cris molis & nõ excellẽtissime celsitudinis inaccessibilesq;, velut
aliq̃ historici antiq̃ores ꝓtulerũt & scripserũt. Pocius itaq; scđm
experientiã dixissent, de nemoribus & densis siluis eos exiuisse,
q̃; de inaccessibilibus montibus.

☞ Finis descriptiõis vtriusq; Sarmatię,
Mathię de Myechow, arciũ &
Medicinę doctoris.
☞
¶ Impressum Cracouię opera & impensis
prouidi viri dñi Ioannis Haller, ciuis
Cracouieñs. Anno Christi 17
supra millesimũquin-
gentesimũ.
In vigilia omniũ sanctorum.